VOL. LXXIII 1959 FASC. I

EPHEMERIDES LITURGICAE

SUMMARIUM

DISSERTATIONES Pag.

C. Kniewald, Officium et Missa de Conceptione et Nativitate B.M.V. secundum consuetudinem veterem Zagrabiensem . . 3

O. Klesser, De introductione argumenti baptismatis Christi in vigiliam et festum Epiphaniae in Ecclesia Romana celebratum . 22

A. Dold, Das Beuroner Fragment-Doppelblatt Nr. 47 mit vollständig ausgeschriebenen Texten eines Lektions-Sakramentars . 31

NOTAE

A. Coppo, Problemi antichi e nuovi della «Didachè» in un recentissimo studio 38

F. Combaluzier, Deux lettres de confraternité en faveur des Défunts 49

P. Doyère, Dom Emmanuel Flicoteaux (1882-1956) . . . 50

RECENSIONES (vide in III involucri pagina) 54

NOTITIAE 71

Anglia-Hibernia — Austria — Gallia — Hispania — Hollandia — Italia — Argentina.

EDIZIONI LITURGICHE — ROMA

ALMA COLLEGE LIBRARY Los Gatos, Calif.

Spedizione in abbonamento postale - Gruppo IV. 52266

EPHEMERIDES LITURGICAE

COMMENTARIUM BIMESTRE DE RE LITURGICA
CURA ET STUDIO PRESBYTERORUM CONGREGATIONIS MISSIONIS

DIRECTIO ET ADMINISTRATIO — ROMA (608) — VIA POMPEO MAGNO, 21
TEL. 350.628 - 353.114 — c/c P. 1-16013

DIRECTOR

A. BUGNINI, C.M.
Professor in Pont. Athenaeo de Propag. Fide et in Pont. Institutis Musicae Sacrae, et Pastorali

CONSILIUM REDACTIONIS

I. M. HANSSENS, S. I., Professor in Pontificia Universitate Gregoriana.
L. C. MOHLBERG, O. S. B., Prof. in Pontificio Inst. Archaeologiae Christianae.
I. MUSANTE, Pontificiae Academiae Liturgicae Censor.
A. PALADINI, C. M., S. C. Rituum et S. C. Caeremonialis Consultor.
I. PIZZONI, C. M., S. C. Rituum Consultor et Pont. Academiae Lit. Moderator.
Pro sectione biblica: Rev. G. Castellini, Seminario regionale « La Quercia » - Viterbo.
Pro sectione musicali: Rev.mus Dr. C. Eccher, Seminario Maggiore - Trento.
I. BELLOCCHIO, C. M., *a Secretis*.

CORRESPONDENTES

Anglia: Dom Louis Brou, O.S.B. (Quarr Abbey, Ryde, I. o. W.). *Gallia*: Fernand Combaluzier, C.M. (95, rue de Sèvres, Paris - VI^e^). *Germania*: Rev. Bernhard Puschmann (Vallendar a. Rhein, Schönstatt, 3). *Canada*: Dom Augustine Kalberer, O.S.B. (Westminster Abbey, Mission City, B.C.); Marcel Dubois, C.SS.R. (Mont-St-Joseph, Aylmer-Est P.Q.). *Hispania*: Dom Adalberto M. Franquesa, O.S.B. (Monasterio de Montserrat, Barcelona). *Hollandia*: Dom Ambrosius Verheul, O.S.B. (Abdij Affligen, Hekelgem); Rev. Cornelis Verwoerd, C.M. (Nijmegen, Ubbergseweg, 172). *Status Foederati Americae Septemtr.*: Rev. Philip T. Weller (Box 1246, Catholic University, Washington 17, D.C.). *America Centralis et Meridionalis*: Rev. Agustín Born (Reconquista 336 p. 4 Ap. K, Buenos Aires - Argentina). *Italia*: (pro ritu Ambrosiano): Can. Pietro Borella (Milano, p. Duomo, 16)

Literae initiales, quae *Notitiis* et *Bibliographiae* subscriptae inveniuntur, singularum Nationum correspondentes indicant. Quae non subsignantur, periodici Redactioni adscribendae sunt. — Quilibet auctor, qui in nostro periodico dissertationem, vel recensionem aut relationem ediderit, ipsemet, non vero Directio, de sua dissertatione, relatione et iudicio sponsor erit.

Consociationis annuum pretium (1959): In Italia L. 2000 - extra Italiam $ 5.

De pretio autem voluminum annorum praecedentium singillatim conventio fiet cum requirentibus.

Fasciculus singularis: In Italia L. 600 - extra Italiam $ 1,00.

VOL. LXXIII 1959 FASC. I

EPHEMERIDES LITURGICAE

EDIZIONI LITURGICHE

VIA POMPEO MAGNO, 21 — ROMA (608)

PROPRIETAS LITTERARIA

OFFICIUM ET MISSA DE CONCEPTIONE ET NATIVITATE B. M. V. SECUNDUM CONSUETUDINEM VETEREM ZAGRABIENSEM

Ecclesia Zagrabiensis circa annum 1094 a s. Ladislao, rege Hungariae et Slavoniae, fundata est [1]. Venerabilis vir bohemicus nomine Duh, a s. Ladislao primus episcopus Zagrabiensis nominatus, Strigoniae vel Iaurini consecrationem episcopalem suscipiens, Zagrabiamque in Croatia, quae tunc temporis Slavonia dicebatur, veniens, libros liturgicos, quos sibi comparaverat vel dono acceperat, secum asportavit. In bibliotheca metropolitana Zagrabiensi [2] varii codices liturgici saeculi XI asservantur cum fundatione dioecesis Zagrabiensis cumque initio ritus veteris secundum chorum almae ecclesiae Zagrabiensis intime coniuncti. Et sunt sequentes:

Sacramentarium s. Margaretae MR 126 pro monasterio s. Margaretae Ordinis s. Benedicti in Hungaria 1073-1092 scriptum [3].

---

[1] M. BARADA, *Važnost osnutka zagrebačke biskupije* (= *De fundatione dioecesis Zagrabiensis*). Collectio dissertationum de almo episcopatu Zagrabiensi in memoriam fundationis eiusdem, Pars I. Zagrabiae 1944, 1-4. — Dr. J. BUTURAG, *Zagrebački biskupi i nadbiskupi 1094-1944* (= *Chronotaxis episcoporum et archiepiscoporum Zagrabiensium*), ib., 19.

[2] De codicibus istis partim optime, partim minus exacte, sicut et de bibliotheca metropolitana Zagrabiensi, agit dom Germain MORIN in elucubratione sua *Manuscrits liturgiques hongrois des XIe et XIIe siècles,* in *Jahrbuch für Liturgiewissenschaft*, 6 (Münster i. W. 1926) 54-67. Optime quidem sensu stricte liturgico, minus exacte autem sub aspectu historico. Bibliotheca etenim metropolitana Zagrabiensis in sua parte primitiva iam ab initio ad thesaurum ecclesiae cathedralis Zagrabiensis pertinebat prout inventaria eiusdem ecclesiae s. XIV et XV, quae ad nos usque pervenerunt, testantur. Cfr. Dragutin KNIEWALD, *Najstarji inventari zagrebačke katedrale* (= *Inventaria antiquissima ecclesiae cathedralis Zagrabiensis*), Starine, ed. Academia scientiarum et artium Iugoslavica, Zagrabiae, 1951, XLIII, 49-81. Evolutionem bibliothecae metropolitanae Zagrabiensis breviter A. MARKOV in commentario suo *Metropolitanska knjižnica,* in *Collectio dissertationum de almo episcopatu Zagrabiensi,* Pars I (Zagrabiae 1944) 492-504 descripsit. Qui (ib. 505-550) etiam dissertationem de codicibus manu scriptis in eadem bibliotheca sub signatura MR asservatis publici iuris fecit.

[3] D. KNIEWALD, *A Hahóti kódeks* (Zagrabi MR 126) *jelentöségé magyarorszagi litg. szempontjából*, in *Magyar Könyvszemle*, (Budapest 1938) 97-112; *Das « Sanctorale » des ältesten ungarischen Sakramentars*, in *Jahrbuch für Liturgiewissenschaft*, 16 (1941) 1-21; *Zagrebački sakramentarij sv. Margarete MR 126*, in *Serta Hoffileriana*, (Zagreb 1940), 454-464; *Iluminacija i notacija zagrebačkih liturgijskin rukopisa* (= Illuminatio et notatio codicum liturgicorum Zagrabiensium), Rad Akademije znanosti i umjetnosti 279 umj. r. 6 (Zagreb 1944) 11-15. De neumatizatione sacramentarii MR 126 optime disserit A. VIDAKOVIĆ in commentario *Sakramentar MR 126 Metropolitanske knjižnice u Zagrebu,* Rad Jugoslavenske Akademije

Agenda pontificalis MR 165, Missale antiquissimum dicta, sub finem s. XI pro episcopo Iaurinensi Chatwirgo scripta [4].

Benedictionale episcoporum MR 89, pro ecclesia metropolitana s. Adalberti Strigoniensi in secunda medietate s. XI scriptum [5].

Evangeliarium MR 153 s. XI [6].

Probabiliter etiam Biblia, dicta Radonis, nunc in bibliotheca nationali Vindobonensi in Austria sub No. 1190, circa annum 800 pro abbatia O.S.B. Saint Vaast d'Arras scripta, initio s. XI per missionarios in Hungariam, dein sub finem s. XI Zagrabiam, asportata [7].

Ecclesia cathedralis Zagrabiensis ritum et consuetudines ecclesiae metropolitanae Strigoniensis recepit. Ritus iste a monachis ordinis s. Benedicti in Hungariam initio saeculi XI e Gallia septentrionali et Belgio simul cum primis libris liturgicis eiusdem originis translatus est [8]. Agitur de ritu essentialiter quidem Romano, qui tamen plurimas infiltrationes sic dictas gallicanas passus est.

---

znanosti i umjetnosti 287, Odjel za likovne umjetnosti i muziku knjiga V, 53-85, Zagreb 1952.

[4] D. Kniewald, *Hartwick győri püspök Agenda Pontificalis a MR 165*, in *Magyar Könyvszemle* (Budapest 1941) 2-24. *Iluminacija i notacija*, ut supra, 20-21. D. P. Radó, O.S.B., *Index codicum manu scriptorum liturgicorum Regni Hungariae* (Budapest 1941) 53, No. 268.

[5] D. Kniewald, *Esztergomi Benedictionale* (XI század), in *Magyar Könyvszemle* (Budapest 1941) 213-231. *Iluminačija i notacija*, ut supra, 18-20. D. P. Radó, O.S.B., *Index codicum manu scriptorum liturgicorum Regni Hungariae* (Budapest 1941) 54, No 269.

[6] D. Kniewald, *Codices liturgici manu scripti Zagrabienses s. XI-XV*, in *Croatia Sacra* XIX (Zagrabiae 1940) 112/3. *Iluminacijo i notacija*, ut supra, 10/11. — D. P. Radó, O.S.B., *o. c.*, 54, No. 270.

[7] S. Berger, *Histoire de la Vulgate pendant les premiers siècles du moyen age*, Nancy 1893; Th. Klauser, *Das römische Capitulare evangeliorum* I. (Münster in W. 1935) LXIX. Biblia haec celebria sunt propter glossas bohemico-paleoslavico-croaticas s. XI-XII scriptas probabiliter ab ipso primo episcopo Zagrabiensi Duh vel aliquo eius coadiutore ad textum evangelii secundum Matthaeum et Marcum, quas V. Jagić in dissertatione sua*Kirchenslavisch-böhmische Glossen saec. XI.-XII.*, in *Denkschriften Philos. - Hist. Kl. der Wiener Akademie der Wissenschaften* L. II publici iuris fecit. Melius de origine harum glossarum deque earum structura linguistica scripsit professor universitatis Zagrabiensis J. Mamm, *Glose u Radonovoj bibliji*, in *Slovo* I (Zagreb 1952) 19-33. Analysis tamen linguistica omnium et singularum glossarum adhuc desideratur. Nos ipsi reconstructionem capitularis evangeliorum, utique non completi, secundum dictas glossas quae probabiliter pro praedicatione verbi Dei inservire debebant, fecimus. Quod capitulare omnino cum capitulari veteris liturgiae Zagrabiensis concordat.

[8] D. Kniewald, *Obred i obredne knjige zagrebačke stolne crkve* (= De ritu et libris liturgicis ecclesiae cathedralis Zagrabiensis), Zagreb 1940, 3-14. A Pray-Kódex tartalma, kora, jelentősége (= De codice Prayano), in *Magyar Könyvszemle* (Budapest 1939), 413-455. D. P. Radó, O.S.B., *Hazánk legrégibb liturgikus könyve: a Szelepchényi Kódex* (= Antiquissimus omnium liber liturgicus Hungariae: Evangeliarium archiepiscopi Szelepchényi), in *Magyar Könyvszemle*, (Budapest 1939), 352-412.

Quamplurimi adhuc exstant libri liturgici saec. XIII, XIV, XV pro ecclesia Zagrabiensi scripti, praesertim breviaria, missalia, lectionaria, antiphonaria, pontificalia[9]. Comparatio istorum librorum cum libris liturgicis ecclesiae Zagrabiensis ss. XI-XIII evolutionem ritus veteris ecclesiae Zagrabiensis patefacit. Evolutio ista episcopo Zagrabiensi beato Augustino Casotti, O. P. (1303-1322) attribuenda est[10]. Ipse festa sollemnia modumque officiorum in ecclesia cathedrali ordinavit, canonicis varia praescripta liturgica dedit, libros liturgicos novae redactioni subiecit, ideoque s. 18 ut fundator vel rectius restaurator ritus veteris ecclesiae Zagrabiensis habebatur[11].

Sub episcopo Oswaldo (1466-1499) plures pulcherrimi codices liturgici Zagrabiae scripti illuminatique sunt[12]: inter quos missale pretiosissimum Georgii de Topusko, episcopi Rossonensis, suffraganei episcopi Oswaldi,

---

[9] D. Kniewald, *Libri liturgici Zagrabienses s. XI-XV, manuscripti*, in *Croatia Sacra*, XIX, Zagreb 1940. *Iluminacija i notacija zagrebačkih liturgijskih rukopisa* (= Illuminatio atque notatio codicum liturgicorum Zagrabiensium), Rad Akademije znanosti i umjetnosti 279, umj. r. 6, Zagreb 1944.

[10] Statuta Capituli Zagrabiensis saec. XIV, pars II. c. 2, apud I. B. Tkalčić, *Povjesni spomenici zagrebačke biskupije* (Zagreb 1874) 65. A. B. Kerčelić *Historiarum Cathedralis Ecclesiae Zagrabiensis*, T. I. 104. D. Kniewald, *Obred i obredne knjige zagrebačke stolne crkve* (Zagreb 1940) 15-19.

[11] Cantuale processionum ecclesiae cathedralis Zagrabiensis Vindobonae anno 1751 typis editum imaginem praebet b. Augustini quondam episcopi Zagrabiensis, cui canonici Zagrabienses in choro honorem exhibent hymnum « Eia plaude, laudes pande... urbs Zagrabia » decantantes coram ipsius amictu qui in thesauro ecclesiae cathedralis asservatur. Infra imaginem subscriptio legitur:

Beatus Augustinus Gazottus Episcopus Zagrabiensis.
Alme tuis, Praesul, pedibus provolvimus omnes,
Suscipe iure tuum Pignus, quod Sponsa redonat.

Prout ex allocutione sequenti quam devota Ecclesia Zagrabiensis beato suo praesuli dirigit patet, « Pignus » istud reordinationem rituum atque cantus ecclesiastici in ecclesia cathedrali Zagrabiensi appellari: « Tibi nimirum reddendum est quod tuum erat, siquidem Te magistrum, Te auctorem eorum [divinorum cantuum intra latera ecclesiae cathedralis Zagrabiensis decantari solitorum] habere glorior: haerent semperque haerebunt infixa penitus saxis meis ». Quod recte observat D. Nežić in sua descriptione vitae b. Augustini in *Collectione dissertationum de almo episcopatu Zagrabiensi* I. Zagrabiae 1944, 466.

[12] Praeter codices quos in dissertatione nostra de illuminatione codicum liturgicorum Zagrabiensium, Zagrabiae 1944, in ed. Academiae scientiarum Rad 279, umj. r. 6 recensuimus, alii etiam exstant codices liturgici Zagrabienses tempore episcopi Oswaldi scripti atque illuminati. Ipsi in archivo Academiae Iugoslavicae scientiarum et artium Zagrabiae asservantur et sunt sequentes: *Benedictionale episcopi suffraganei Stephani de Hrastovica*, adligatum Pontificali Romano cura Patritii Piccolomini et Iohannis Burchardi anno 1485 Romae edito, sub signatura II d 249; *Passionale latinum ecclesiae cathedralis Zagrabiensis*, III d 181; *Graduale ecclesiae cathedralis Zagrabiensis*, III d 182.

in thesauro ecclesiae cathedralis Zagrabiensis sub No. 354 asservatum primum locum obtinet [13]. Illuminationem et illustrationem primae partis stylo dicto gothico civis Zagrabiensis pictor Iohannes Hans Almannus ultimo decennio s. 15 mirabili arte sed adhuc mirabiliori immixtione spiritus profani perfecit. Illustrationem autem secundae partis Iulius Clovius tempore commorationis suae Budae (1524-1526) in officina regia pro episcopo Zagrabiensi Simeone Bakac-Erdödy manu sua exsecutus est.

Cum saeculo 15 in dioecesi Zagrabiensi magna esset penuria emendatorum breviariorum secundum consuetudinem dictae ecclesiae, episcopus Oswaldus, opera atque diligentia canonicorum Zagrabiensium Georgii de Bexin et Blasii de Kemlek, Breviarium iuxta consuetudinem ac quotidianam observantiam chori ecclesiae cathedralis Zagrabiensis moderatum imprimi curavit. Breviarium istud Venetiis per Erhardum Radtolt de Augusta anno 1484 primo impressum, Venetiis per Lucantonium de Giunta anno 1505 sub episcopo Luca reimpressum, Vindobonae in Austria anno 1687, tempore episcopi Martini Borkovic, tertia vice typis editum est [14].

Anno 1511 Venetiis etiam Missale secundum chorum et rubricam almi episcopatus Zagrabiensis ecclesiae, in sacra synodo et generali capitulo sub Luca episcopo impressum est sumptibus Iohannis Müer civis Zagrabiensis, pervigili cura in officina Petri Liechtenstein excusum [15]. Missale istud cum missali MR 133 primae medietatis s. XIV, cum missali Georgii de Topusko MR 170 scripto anno 1495, nec non cum missali iam memorato Georgii de Topusko No. 354 in thesauro ecclesiae cathedralis Zagrabiensis quasi ad amussim concordat.

In synodo anno 1633 Tyrnaviae habita archiepiscopus Strigoniensis et primas Hungariae cardinalis Petrus Pazmany ritum Romanum librosque liturgicos ecclesiae Romanae in tota Hungaria et Croatia loco ritus veteris introducendum praecepit. Contra hocce decretum synodi Tyrnaviensis synodus Zagrabiensis anno 1634 Romam appellavit. Urbanus autem VIII constitutione sua « Exponi Nobis » diei 28 septembris 1635 Missale et Bre-

---

13 D. Kniewald, *Misal čazmanskog prepošta Jurja de Topusko i zagrebačkog biskupa Šimuna Erdödy* (= Missale praepositi chasmensis Georgii de Topusko et episcopi Zagrabiensis Simonis Erdödy), Rad 268, umj. r. 4 Academiae scientiarum et artium jugoslavicae (Zagrabiae 1940), 45-84. *Bulletin international de l'Académie Yougoslave des sciences et des beaux-arts de Zagreb*, Livre 12 (1940) 27-31: *Das Missale des Propstes von Čazma Georgius de Topusko und des Zagreber Bischofs Simeon Erdödy*. - *Illuminacija i notacija zagrebačkih liturgijskih rukopisa*, Rad 279, umj. r. 7. Akademije znanosti i umjetnosti (Zagreb 1940) 79-81.

14 D. Kniewald, *Breviarium secundum chorum almae ecclesiae Zagrabiensis*, in libello supracitato de ritu librisque liturgicis ecclesiae cathedralis Zagrabiensis (Zagreb 1940) 22-28.

15 *Missale secundum chorum almi episcopatus Zagrabiensis*, ib. 28-33. Hubay Ilona, *Missalia Hungarica* (Budapest 1938) n. 16, 53-55.

viarium ecclesiae Zagrabiensis variis defectibus obnoxia esse declaravit atque ritum Romanum librosque liturgicos ecclesiae Romanae in ecclesiam cathedralem totamque dioecesim Zagrabiensem introducendos esse indixit. Hisce omnibus non obstantibus, capitulum ecclesiae cathedralis ritum antiquum librosque liturgicos Zagrabienses usque tunc usitatos tenaciter in choro retinuit. Postquam ergo in tota Hungaria, cura archiepiscopi Strigoniensis cardinalis Petri Pazmany, ritus Romanus loco ritus veteris introductus fuit, sola ecclesia Zagrabiensis « candidae vetustatis tenax nihil a coepto dudum ritu antiquo, Roma, ut videtur, aequis de causis consentiente vel saltem tacente, avelli aut mutari hodiedum voluit », prout scribit Peterffy anno 1742 [16]. Saeculo XVII et XVIII missalia et breviaria Zagrabiensia typis edita in tota dioecesi Zagrabiensi in usu erant simul cum libris liturgicis ritus Romani. Sed, mediante saeculo XVIII, ritus antiquus Zagrabiensis unice in cathedralis ecclesiae choro observabatur. Pro usu chori ecclesiae cathedralis Zagrabiensis s. etiam XVIII varii libri chorales secundum ritum veterem scripti et illuminati sunt. Memorare liceat [17]:

Graduale MR 6, scriptum anno 1719.

Processionale II a 25, scriptum anno 1734.

Passionale croaticum MR 3, scriptum anno 1736.

Passionale latinum MR 162, scriptum anno 1740.

Cantuale cum brevi notitia caeremoniarum iuxta ritum chori cathedralis ecclesiae Zagrabiensis MR 191, scriptum anno 1742.

Processionale II a 31, scriptum anno 1750.

Brevis notitia caeremoniarum ecclesiae cathedralis Zagrabiensis II a 21, scripta circa annum 1750.

Cantuale III d 183, scriptum anno 1774.

Ne amplius canonici, praebendarii atque chorales pro officio stationum in ecclesià cathedrali cantualia et processionalia manu scripta sibi procurare deberent, anno 1751 Vindobonae in Austria *Cantuale processionum ecclesiae cathedralis Zagrabiensis* typis editum est. Pro tota dioecesi autem cantuale, *Cithara octochorda* nuncupatum, redactum est, cuius prima editio Vindobonae anno 1701, secunda item Vindobonae anno 1723, tertia Zagrabiae anno 1757 in lucem prodiit [18]. Episcopus Georgius Bra-

---

[16] *Sacra concilia ecclesiae romano-catholicae in regno Hungariae celebrata* (Posonii 1742) II, 3223.

[17] Codices quorum signatura siglo MR incipit in bibliotheca Metropolitana Zagrabiensi — quae pro tempore in Bibliotheca Universitatis deposita est — asservantur, ceteri autem in archivo Academiae Iugoslavicae scientiarum et artium Zagrabiae.

[18] D. Kniewald, *Himnodija zagrebačke stolne crkve*, in *Collectio dissertationum de almo episcopatu Zagrabiensi* (Zagreb 1944) 371-391.

njug anno 1729 *Rituale Zagrabiense* edendum curavit. Post abolitionem ritus veteris Zagrabiensis episcopus Maximilianus Vrhovac, de quo nobis mox plura dicenda erunt, anno 1796 Zagrabiae *Rituale Romano-Zagrabiense* prelo edidit. Ipse enim anno 1788 suppressit, ut mox videbimus, ritum veterem Zagrabiensem desideriis Imperatoris Iosephi II obvians, ritumque Romanum induxit quatenus in Imperio Austriaco uniformitas etiam liturgica, secundum praescripta Imperatoris, observaretur. Loco cantus gregoriani episcopus Vrhovac speciem aliquam *Singmesse* lingua vernacula introduxit cum versionibus e lingua germanica, quae usque hodie in plurimis libellis precum, et quidem primo loco, leguntur atque in missis privatis nec non cantatis et sollemnibus a choro cantantur [19]. Motio Caeciliana in terris croaticis, loco versionum cantilenarum germanicarum typi « Hier liegt vor Deiner Majestät » vel « Wir werfen uns darnieder » et similium, cantilenas croaticas e *Cithara octochorda* desumptas substituere conatur. *Cithara octochorda* etenim, praeter cantus liturgicos, cantilenas etiam latinas nec non magnam seriem cantilenarum piarum popularium lingua vernacula croatica complectitur. Missam latinam in *Cithara octochorda* constituit Introitus, *Kyrie eleison* (saepe cum tropis), *Gloria in excelsis* (*et in terra*), prosa secundum varietatem temporum et festorum, *Credo* (*Patrem omnipotentem*), *Sanctus* (cum tropis) atque *Agnus Dei* (cum tropis). Cantus croatici ad Sacrum spectantes continent *Kyrie eleison* cum tropis, croaticum, *Gloria in excelsis, Credo, Sanctus, Agnus,* cum tropis vel in libera traductione croatica. E tribus proinde fontibus *Cithara octochorda* inspirationem hauriebat: primo quidem e libris liturgicis Zagrabiensibus; secundo e collectionibus cantuum ecclesiasticorum quae tunc temporis in Hungaria, Bohemia atque Germania in lucem prodibant; tertio e libris precum atque collectionibus cantilenarum piarum popularium croaticarum, quae iam diu Zagrabiae in usu erant.

Decursu saeculorum 17 et 18 ritus antiquus Zagrabiensis propter varias causas, praecipue practicas, ritui Romano per magnam dioecesis partem sensim sine sensu locum cessit. In choro tamen ecclesiae cathedralis ritus antiquus constanter usque ad tempora episcopi Maximiliani Vrhovac (1787-1827) in usu remansit. Ab Imperatore Iosepho II, die 21 augusti anni 1787, Maximilianus Vrhovac, tunc seminarii centralis Budapestini rector, episcopus Zagrabiensis nominatus, Imperatori et fautori suo gratias agens die 22 septembris eiusdem anni 1787, litteras direxit, quarum tenorem ex Actis Archivi Episcopatus Almae Ecclesiae Zagrabiensis (Ecclesiastica, Volumen IX) depromere ut infra liceat:

---

[19] Ib. 402-408.

« Untertänigster Vorschlag des Maximilian Verhovacz in Bezug auf die gnädigst neu zu treffenden Anstalten des Agramer Bistums.

Ew. Majestät! Das E. Majestät zum Bischofe von Agram mich zu bestimmen Allergnädigst geruht haben, fordert meinen ehrfurchtsvollen Dank. Aber eben dieses lebhafte Gefühl von Dankbarkeit muss mich vor allem dazu bestreben, dass ich die Erfüllung einiger gehorsamster Vorschläge mir erbitte, ohne welchen den Allerhöchsten Absichten in Ansehung des Agramer Kirchensprengels nicht genüge geleistet werden kann. Diese Vorschläge sind folgende ».

Sequuntur septem propositiones reformationem capituli Zagrabiensis, reductionem ecclesiarum paroecialium Zagrabiae, nec non abolitionem ritus veteris Zagrabiensis respicientes. En textus propositionis septimae:

« Der Gottesdienst in der Agramer Kathedral-Kirche kann bis jetzt den Allerhöchsten Verordnungen nicht vollkommen entsprechen. Zwei wesentliche Mängel hindern dies. Erstens, herrscht dort ein Kirchen-Zeremoniell welches nicht nur von dem Römischen, sondern auch von dem in den deutschen Provinzen und in Ungarn üblichen abweicht, und überhaupt mit mancherley unzweckmässigen Weitläufigkeiten überlanden ist... Diesen Mängel könnte am sichersten abgeholfen werden, wenn in Absicht des ersten Punkts der in den übrigen k.k. Erbländern bereits bestehende römische Gottesdienst auch in der Agramer Kathedralkirche eingeführt würde: hierdurch liesse sich bewircken, dass die 8 oder 10 Domherren in Gemeinschaft der 12 Benefiziaten alle mit jenem Gottesdienste verbundene Obliegenheiten der halbstündigen Messen, des Chorgesanges, der Konventualmessen u.d.gl. verrichten könnten... So zweifle ich nicht im mindesten, dass Ew. Majestät diesen Vorschlag sowie die vorhergegangenen Allergnädigst zu benehmigen geruhen und dessen Ausführung mir befehlen dürften. Wien, den 22. 7ber 1787. ».

Imperator Iosephus II die 26 septembris eiusdem anni 1787, mediante locumtenentia Budapestina sub No. 6280/41,902, Capitulo Zagrabiensi abolitionem ritus veteris intimavit simulque in ecclesia cathedrali ordinem cultus divini secundum praescripta Imperatoris ipsius pro omnibus ecclesiis Imperii sui observandum esse praecepit. Maximilianus Vrhovac post consecrationem episcopalem quam Bratislaviae die 13 aprilis anni 1788 suscepit, Zagrabiae, in ecclesia cathedrali die 16 maii 1788, inthronizatus est. Regulatione sua « Decor et sanctitas » diei 5 octobris eiusdem anni ritum Zagrabiensem veterem etiam in choro ecclesiae cathedralis interdixit librosque liturgicos ritus Romani introducendos praecepit. Regulationem hanc divinorum officiorum in ecclesia cathedrali Zagrabiensi ipse Maximilianus Vrhovac in responsione sua Capitulo cathedrali diei 30 aprilis 1792 ad obligationem ab Imperatore Iosepho II, quem tutorem Canonum Advocatumque Ecclesiae appellat, praeceptam reducit, in cuius sequelam

ipse constitutionem suam « Decor et sanctitas » direxisse atque redegisse affirmat.

Evolutionem externam ritus veteris Zagrabiensis in libello nostro de ritu librisque liturgicis ecclesiae cathedralis Zagrabiensis exposuimus. Evolutionem autem internam eiusdem ritus in libello « Proprium de tempore ecclesiae cathedralis Zagrabiensis 1094-1788 » [20] nec non in commentariis « Festa de praecepto secundum ritum veterem Zagrabiensem » [21] atque « Hymnodia ecclesiae cathedralis Zagrabiensis a s. XI usque ad s. XVIII » [22] explanare conati sumus. Nicolaus Sertic, tunc assistens meus in cathedra theologiae liturgicae in facultate theologica Universitatis Zagrabiensis, optimam elucubrationem de kalendario ecclesiae cathedralis Zagrabiensis anno 1944 edidit [23]. Nunc autem in honorem beatissimae Virginis Mariae in veteribus libris liturgicis Zagrabiensibus tot praeconiis exaltatae, gravi morbo variisque difficultatibus oppressus, ego vota mea senex Reginae coelorum reddam divinum officium et celebrationem sacrosancti missae sacrificii secundum ritum veterem almae ecclesiae cathedralis Zagrabiensis in festis Immaculatae Conceptionis et Nativitatis eiusdem publici iuris faciendo.

In sacramentario s. Margaretae MR 126 festum Imm. Conceptionis B.M.V. desideratur. Item in breviario Zagrabiensi MR 67 s. XIII ex [24]. In kalendario istius breviarii fol. 6^v legitur quidem, VI Id. Decembris, iuniori manu scriptum: *Sanctificatio sancte Marie virginis.* Sed in corpore breviarii officium huius festivitatis deest. Officium istud fol. 275^v-277^v in breviario I c 42 in. s. XIV, quod in archivo Academiae Iugoslavicae scientiarum et artium Zagrabiae asservatur, prima vice apparet. Exinde in omnibus breviariis manu scriptis nec non prelo editis, non excepta editione tertia breviarii secundum chorum almae ecclesiae Zagrabiensis anni 1687, idem officium legitur. Differentia praecipua in eo est, quod breviarium anno 1687 typis editum de Conceptione B.M.V. loquitur, breviarium autem I c 42 solum in titulo festi conceptionem nominat, de cetero autem semper de sanctificatione B.M.V. sermonem movet. Differentiae aliae non sunt nisi errores fortuiti amanuensium vel menda typographica, quibus breviarium anno 1687 editum vere abundat.

---

20 D. Kniewald, *Proprium de tempore zagrebačke stolne crkve 1094-1788*, Zagreb 1940.

21 D. Kniewald, *Zapovijedani blagdani po starom zagrebačkom obredu*, in *Collectio dissertationum de almo episcopatu Zagrabiensi* (Zagreb 1944) 193-316.

22 *Himnodija zagrebačke stolne crkve*, in *Collectio dissertationum de almo episcopatu Zagrabiensi* (Zagreb 1944) 339-408.

23 N. Sertić, *Kalendar zagrebačke stolne crkve 11-19. st.*, in *Collectio dissertationum de almo episcopatu Zagrabiensi* (Zagreb 1944) 71-192.

24 Ib. 143. — D. Kniewald, *Zapovijedani blagdani u zagrebačkoj stolnoj crkvi*, in *Collectio dissertationum* (Zagreb 1944) 302-3.

Antiphonae pro primis VESPERIS hymnum sequentem efformant:

1. Gaude mater ecclesia nova frequentans gaudia,
   Lux micat de caligine, rosa de spinae germine.
2. Haec est illa stella maris, per quam fulsit lux solaris,
   Cuius festum celebramus et iuvamen imploramus.
3. O Maria, clausus hortus, naufragantis mundi portus,
   Placa nobis qui te fecit, sibi matrem quam elegit.
4. Adesto iam supplicibus nostris favendo precibus,
   Manum benignam porrige vitamque nostram dirige.
5. Audi Virgo gloriosa, post filium spes unica,
   Clemens et imperiosa, nostra delens maculosa,
   Accepta nostra cantica, impetra pulchra coelica.

Post *capitulum* « Dominus possedit me » sequitur *responsorium*:

Cordis ac vocis iubilo pangamus omnes Domino
Cuius matris sanctificatio mundum perfudit gaudio.
Suscipe devotae praeconia, Christe, catervae,
Cuius matris sanctificatio mundum perfudit gaudio.

Dein *hymnus* « Ave maris stella » et *antiphona* ad *Magnificat*:

Ave decus virginum, ave iubar aethereum,
Nobis praesens sollemnitas da sit perpes iucunditas,
Tua namque sanctificatio summa est gratulatio. Alleluia.

Oratio eadem est ac in missali s. XIV MR 133 fol. 135 in festo sanctificationis sanctae Mariae Virginis benedicte: « Deus ineffabilis misericordiae, qui primae piacula mulieris per virginem expianda sanxisti, da nobis, quaesumus, sanctificationis eius digne sollemnia venerari, quae Unigenitum tuum virgo concepit et virgo peperit, Dominum nostrum Iesu Christum, Filium tuum qui tecum vivit et regnat in saecula saeculorum:

Antiphonae pro COMPLETORIO hymnum sequentem efformant:

Lux mundi beatissima [25], Maria splendidissima,
Coeli, terrae nobilitas, sanctorum et festivitas,
Per te mundus salvatus est, per te sursum levatus est,
Te adesse deposcimus supplicibus nunc vocibus:
Iam veni, dulcis Domina, nostra tolle crimina,
Dona confer coelestia, vitae beatae praemia
Instanti prece flagita in tui Nati patera.
Concedat tuus filius hoc Iesus benignissimus,
Cum Patre et Paraclito qui regnat sine spatio.

---

[25] Cfr. D. P. RADÓ, O.S.B., *Répertoire hymnologique des manuscrits liturgiques dans les bibliothèques publiques de Hongrie* (Budapest 1944) 39, No. 423.

Capitulum: Paradisi porta per Evam cunctis clausa erat et per Mariam virginem iterum patefacta est.

Sequitur ℣ « Audi filia » et *antiphona* ad *Nunc dimittis*: In tua sanctificatione congaudentes refove profutura largiendo nocitura dimove, alleluia.

Orationes « Prope esto » (« Adesto »), « Deus ineffabilis », « Salvator mundi ».

Offium matutinum incipit cum *Invitatorio*: Eia pervigiles Domino iubilate fideles santificationemque piae sollemnizatae Mariae.

Antiphonae officii matutini hymnum sequentem efformant:

1. Gaude fidelis concio, adest eius sanctificatio
Quae delet Evae maculam vitaeque redonat infulam.
2. Cui Eva oboedivit, haec serpentis caput contrivit
Votum spernens nuptiarum Deo vovit coelibatum.
3. A prophetis praecinitur et figuris ostenditur
Quod mulier procederet quae virgo Deum pareret.
4. Namque rubus incombustus Moysen qui terruit,
Haec est virgo quae pudore salvo Deum genuit.
5. Virga Aaron fructifera Mariae typum gesserat
Quae nobis fructum attulit nostramque famem depulit.
6. Ysaias ille diu secretorum Dei rivus
Virgae movens mentionem pandit hanc sanctificationem.
7. Abrahae fit promissio quod illius successio
Velut arena cresceret stellisque aequalis fieret.
8. Hoc promissum est impletum castae per Mariae foetum
Quae gignendo germen sevit de quo seges tanta crevit.
9. Gratulare et laetare urbs optima Nazaret,
Hodierna foecundaris ubertate gratiae,
Casus mortis, salus orbis, spes datur et veniae.

Lectiones primi et secundi nocturni e legenda de s. Ioachim, s. Anna et B. V. Maria desumptae sunt. In tertio nocturno evangelium secundum Lucam 11, 27 « Loquente Iesu ad turbas, extollens quaedam mulier » cum homilia « Revera Mariae venter beatus », quam breviarium I c. 42 s. Bedae Venerabili, breviarium autem anni 1687 s. Ildefonso tribuit. Ecce textus lectionum:

1. - Erat vir in Israel nomine Ioachim de tribu David ex Galilea et civitate Nazareth, timens Deum in simplicitate sua, qui sanctam Annam ex Bethlehem duxit uxorem. Ambo autem iusti erant et sine reprehensione incedebant in mandatis Domini.

2. - Summamque suam substantiam tripharie dividebant. Unam partem pro templo et templi servitoribus, aliam peregrinis et pauperibus erogabant, tertiam sibi et familiae suae usibus reservabant. Per annos autem viginti ex coniugio prolem non habentes voverant Domino quod si eis sobolem concederet, eam servitio Domini manciparent.

3. - Dum igitur huius rei gratia annis singulis in tribus festis praecipuis Ierusalem frequentarent, in festo encaeniorum Ioachim cum contribulibus suis Ierusalem ascendit et cum ceteris ad altare accedens oblationem suam efferre voluit. Quem videns sacerdos cum indignatione nimia repulit et cur ad altare Dei accedere praesumeret increpavit.

4. - Ioachim igitur sic se videns confusum prae pudore domum redire noluit, ne plus a suis vicinis opprobrii sustineret. Recessit igitur ad pastores suos et cum ibi aliquamdiu fuisset quadam die ei soli angelus apparuit magna cum luce et de eius visione ne timeret admonuit.

5. - Dicebat enim angelus ad Ioachim: Ego sum (missus) ut annuntiem tibi preces tuas exauditas esse et eleemosinas in conspectu Domini ascendisse. Proinde Anna uxor tua pariet tibi filiam et vocabis nomen eius Mariam. Haec ut voluistis erit ab infantia Domino consecrata et adhuc ex utero matris suae spiritu sancto plena.

6. - Igitur iuxta angeli dicta ambo sibi invicem obviantes de mutua visione laetati et de prole promissa securi adorato Domino domum redierunt divinum promissum hilariter expectantes. Anna concepit et peperit filiam et nomen eius Mariam vocavit, spem firmam habens de promissis.

7. - Revera Mariae venter beatus dicitur, quoniam ipsa sanctificata in utero creditur et etiam praedicatur. Nam si in matris utero sanctificata non fuisset, eius nativitas colenda non esset.

8. - Nunc autem quia venerationis habetur auctoritate totius Ecclesiae constat ab omni peccato originali immunem fuisse. Per quam non solum Evae matris soluta est maledictio, verum etiam omnibus est donata benedictio.

9. - Nullis ergo ante nata delictis subiacuit, nec originale peccatum in utero sanctificata contraxit. Hanc etenim, ut dictum est, omnimode constat ab originali contagio sola Dei gratia priusquam nasceretur esse mundatam, quam nimirum pietas christiana credere non prohibet minus a Yeremia in utero sanctificatam vel magis a Iohanne Spiritu sancto repletam. Neque vero festivis laudibus, ut dicit Bernhardus, nascens honoraretur, si non sancta nasceretur.

Responsoria post lectiones matutinales sic sonant:

1. Fulget dies hodierna, digna laude sempiterna,
   Qua sanctificata est Maria, per quam patet vitae via.
   Germine regali nec non et pontificali
   Quo concepta est Maria, per quam patet vitae via.
2. Abrahae stirpe generosa virgo prodiit gloriosa,
   Quae nullius per exemplum se sacravit Deo templum.
   Haec admiranda cunctis est imitanda
   Quae nullius per exemplum se sacravit Deo templum.
3. Sicut rosa inter spinas illis dedit speciem,
   Sic venustat virgo Maria progeniem.
   Germinavit enim florem qui vitalem dat odorem,

Cuius cunctorum laus promitur ore piorum,
Germinavit enim florem qui vitalem dat odorem.

4. Verbum Patris mundo fulsit virginis per uterum,
Cuius mentem non gravavit onus premens scelerum.
Ut super vellus pluvia, sic descendit super Mariam.
Solem iustitiae concludunt viscera Mariae,
Ut super vellus pluvia, sic descendit super Mariam.

5. Ecce novum per prophetam super terram facere
Se promittit auctor, virum feminam circumdare.
Veneranda novitate prodeunt miracula,
Nam Mariae praegnans alvus Dei Prolem baiulat.
Sanctus obumbravit huic Spiritus et gravidavit
Fitque parens et virgo manet,
Nam Mariae praegnans alvus Dei Prolem baiulat.

6. Celebris dies colitur in qua virgo sanctificatur,
Qui per oboedientiam mundo refudit gratiam:
Ut quod ruit per feminam, relevetur per virginem.
Ista fuit digna transgressus solvere signa,
Ut quod ruit per feminam, relevetur per virginem.

7. O beata progenies, o veneranda series,
Unde surgit aurora, Maria virgo decora,
Quae eduxit mundo solem, veram Dei Patris Prolem.
Haec merito dicta super omnes est benedicta,
Quae eduxit mundo solem, veram Dei Patris Prolem.

8. Patriarcharum semine, prophetarum origine,
Regum atque pontificum genus vernat magnificum,
Unde virgo sanctificatur Christique mater eligitur.
Nobilis et clara stirps est Domino quoque cara,
Unde virgo sanctificatur Christique mater eligitur.

9. O Maria, clausa porta, quam nemo aperuit,
Princeps ille qui transivit Deus et homo fuit,
Nec ingressu nec egressu violavit clausulam,
Sed quam prius non habebat sumpsit carnis fibulam.
Sic rogatus tamquam sponsus suo processit thalamo.
Perfudit tota sacra virgo Theotoca,
Decrevit Deus filius esse tuus,
Nec ingressu nec egressu violavit clausulam.

Antiphonae etiam ad Laudes versibus constant:

1. Sanctificatio hodierna Mariae semper virginis
Naevum tergit, nexum solvit vetustae originis,
Moestis reddit laetitiam, dat criminosis veniam.

2. Gloriosa semper virgo Maria dulcissima,
Precibus te venerantium annue piissima:

In offensas ne labamur, a te semper protegamur.
3. Maria, plena gratia, stirpe concepta regia,
Assistentes tuae laudi miserando nos exaudi.
4. O quam larga te perfudit larga benedictio,
Qua deletur quam induxit Evae maledictio:
Intende nostris laudibus, beata in mulieribus.
5. Dignare me laudare te, virgo et puerpera,
Te laudantes ab aerumnis leva super ethera:
Potes enim ut domina poli pandere limina.

Post *capitulum* « Dominus possedit me », *hymnum* « O gloriosa » atque ℣ « Audi filia » sequitur *antiphona* ad *Benedictus*:

Benedicta es Maria, laus nostra, spes et domina,
Te collaudat, colit, tremit, trina mundi machina.

Ad SEXTAM *capitulum* « Et delectabar per singulos dies », ad NONAM vero « Beatus homo qui audit me ».

In II VESPERIS *antiphonae* ut ad Laudes, *Antiphona* ad *Magnificat*:

Magnifica Christi mater et regina clara coelorum,
Reparatus en laetatur per te coetus beatorum:
In die tuae sanctificationis confer opem intercessionis,
Ut per tua suffragia collocemur in gloria.

Secundum missale s. XIV MR 13 fol. 135 in festo sanctificationis sanctae Mariae Virginis benedictae celebratur Missa « Gaudeamus omnes diem festum celebrantes », sicut in festo Nativitatis eiusdem Virginis, cum orationibus propriis:

Deus ineffabilis misericordiae, qui primae piacula mulieris per virginem expianda sanxisti, da nobis, quaesumus, sanctificationis eius digne sollemnia venerari, quae Unigenitum tuum virgo concepit et virgo peperit, Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Salutarem, omnipotens Pater, hostiam immolamus implorantes clementiam tuam ut genitricis filii tui supplicatione complacatus per eam nos et a peccatis absolvas et ad visionem gloriae tuae perducas.

Coelestis alimoniae vegetati libamine, quaesumus, Domine Deus noster, ut nos gloriosae semper virginis Mariae continua foveat protectio, cuius nostrae causa salutis exstitit hodierna sanctificatio [26].

---

[26] Eaedem orationes in margine, manu paulisper iuniori, in sacramentario maiori codicis dicti Prayani s. XII ex. in bibliotheca Musei nationalis hungarici cod. lat. 1. conscriptae inveniuntur, in quibus non *sanctificatio* sed *conceptio memoratur*. Istas orationes F. KÜHÁR, O.S.B., publici iuris fecit in elucubratione sua de festivitatibus B.M.V. in Hungaria s. XI et XII: *Mária-Tiszteletünk a Xi eś XII század hazai liturgiájában* (Budapest 1939) 12. In kalendario eiusdem sacramentarii VI Idus Decembris post s. Zenonem confessorem *Conceptio s. Mariae virginis* notatur.

Etiam missale anno 1511 typis editum fol. 143 in festo Conceptionis sanctae Mariae Virginis exhibet rubricam: « omnia sicut in festo Nativitatis eiusdem ». Orationes eaedem sunt ac in missali MR 133, sed in *Collecta* et in *Postcommunione* loco « sanctificationis » expresse Conceptio mememoratur. Cum festum sanctificationis (conceptionis) B.M.V. in missalibus Zagrabiensibus, quae sequentiis plurimis abundant, sequentiam propriam designatam non habeat, secundum rubricam in missali anni 1511 fol. 271 in missa praescribitur sequentia « Verbum bonum et suave personemus illud Ave » [27].

In ecclesia cathedrali secundum Cantuale processionum 1751, 127 ante missam conventualem processio sollemnis ad altare s. Michaelis archangeli tendebat cantando *responsorium* « Cordis ac vocis iubilo ». Pervenientes ad altare chorales cantabant *antiphonam* « Conceptio hodierna Mariae semper Virginis (*antiphona* ad Laudes prima). Post ℣. « Speciosa facta es » et orationem « Deus ineffabilis misericordiae » processio redibat cantando hymnum « Ave maris stella », quo finito, celebrabatur missa conventualis.

Cithara octochorda I/346 atque II/363 pro festo Conceptionis B.M.V. sequens *Kyrie eleison* cum tropis exhibet:

Kyrie! Qui Mariam exemisti lege Adam
ut careat labe matris Evae - Eleison.
Christe! Puritatis es tu origo,
Mater tua virgo - Eleison.
Kyrie! Praeservasti, quia, Deus, potuisti
ne Maria peccati sit rea - Eleison.

Omnes editiones *Citharae octochordae*, scilicet I/347, II/363, III/269, sequentem cantum latinum de Immaculata Conceptione B.M.V. notant:

Salve decus virginum, o dulcis Maria,
Mediatrix hominum, o Virgo ter pia!

Quoniam officium divinum et missae celebratio in festo sanctificationis (conceptionis) B.M.V. secundum libros liturgicos veteres ecclesiae cathedralis Zagrabiensis cum officio divino et missae celebratione in festo Nativitatis B.M.V. intime cohaereant, non erit otiosum hic breviter etiam cele-

---

[27] Missale Zagrabiense MR 133 primae medietatis s. XIV sequentiam hanc fol. 219^v in missis de beata festo sollemni occurrente praecipit. Idem dicendum etiam de missalibus Posoniensibus s. XIV et XV B, C, D, E, F, G in bibliotheca Musei nationalis hungarici Budapestini asservatis: Jávor Egon, O.S.B., *Hét kéziratos Pozsonyi Missale a Nemzeti Múzeumban* (= Septem Missalia Posoniensia manu scripta Musei Nationalis), Budapest 1942, 109, No. 86.

brationem festi Nativitatis B.M.V. secundum ritum veterem ecclesiae Zagrabiensis adumbrare.

Antiphonae pro primis vesperis sonant:

1. - Sancta Maria virgo intercede pro toto mundo, quia genuisti regem orbis.

2. - Omnium rerum creator miserere populo tuo per intercessionem genitricis tuae quia eam creasti ad vitam, non ad mortem.

3. - Descendi in hortum nucum ut viderem poma convallium et inspicerem si floruissent vineae et germinassent mala punica: revertere, revertere Sunamitis, revertere, revertere ut intueamur te.

4. - Anima mea liquefacta est ut dilectus locutus est, invenerunt me et non inveni illum, vocavi et non respondit mihi, invenerunt me custodes civitatis, percusserunt me et vulneraverunt me, tulerunt pallium meum custodes murorum, Filiae Ierusalem, nuntiate dilecto quia amore langueo.

5. - Tota pulchra es amica mea et macula non est in te. Veni de Libano sponsa mea, veni, coronaberis de capite Amana, de vertice Sanyr et Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.

Post *capitulum* « Dominus possedit me », *responsorium* « Solem iustitiae », *hymnum* « Ave maris stella », ℣. « Specie tua », *antiphonam* ad *Magnificat* « Nativitas tua ... vitam sempiternam » sequitur *oratio*:

Supplicationem servorum tuorum Deus miserator exaudi ut qui in nativitate Dei genitricis et virginis Mariae congregamur, eius intercessionibus a te de instantibus periculis eruamur.

Commemoratio s. Hadriani « Praesta, quaesumus ». Oratio hodierna « Famulis tuis » locum suum in completorio habet.

Invitatorium: Corde et ore simul Christum regem veneremur, Virginis et matris iubiletur nobilis ortus.

Antiphonae, psalmi atque *lectiones* in officio mattutino hoc ordine sequuntur:

1. - Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum. Ps. Domine Dominus.

2. - Sicut lylium inter spinas sic amica mea inter filias. Ps. Coeli enarrant.

3. - Favus distillans labia tua, sponsa mea, et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. Ps. Domini est terra.

Lectiones primi nocturni de Cantico canticorum 1, 1-3; 1, 4-6; 1, 7-10.

4. - Emissiones tuae paradysus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Ps. Eructavit.

5. - Fons hortorum, puteus aquarum viventium quae fluunt impetu de Libano. Ps. Deus noster.

6. - Veniat dilectus meus in hortum suum ut comedat fructus pomorum suorum. Ps. Fundamenta.

Lectio IV. Adest nobis, karissimi, dies sacratissima, adest, inquam, dies celeberrima, in qua sancta Maria super omnes puellas benedicta, gloriosa sua nativitate mundum consolatur universum, cuius ortum necessarium in singulare David intuens per sapientiam ad regnum invitat dicens: Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede et regna.

Responsorium. Diem festum praecelsae genitricis Dei virginis Mariae sollemniter celebremus, quo inchoata est eius felix nativitas. ℣ Nativitatem hodiernam perpetuae virginis sollemniter celebremus, quo inchoata est eius felix nativitas.

Lectio V. Hodiernam etiam festivitatem Salomon praevidens dicit: O quam pulchra est casta generatio cum claritate! Hodie processit virga de qua praedixit Ysaias propheta: Egredietur virga de radice Iesse. Quis enim digne valeat praeconia laudis illius proferre ad cuius natalem omnis prior aetas cum exaltatione prospicit et sancta ecclesia cum omni gratulatione occurrit et usque in finem saeculi decantare non cessabit: Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in aeternum.

Responsorium. Regali ex progenie Maria virgo exorta refulget, cuius precibus adiuvari mente et spiritu devotissime poscimus. Corde et animo Christo canamus gloriam in hac sancta sollemnitate genitricis Dei, cuius precibus adiuvari mente et spiritu devotissime poscimus.

Lectio VI. Parentes vero illius ex progenie Iudae et praefati regis David orti de virtute in virtutem provecti ad talem splendorem usque pervenerunt, ut lux vera quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum de prole eorum carnem sumeret, pro nobis verus homo fieri dignaretur. Congrua valde illi est davidica sententia quae dicit: Ibunt iusti de virtute in virtutem et videbitur Deus deorum in Sion.

Responsorium. Ad nutum Domini nostri dicamus honorem, sicut spina rosam, genuit Iudaea Mariam. Ut vitium virtus operiret, gratia culpam, sicut spina rosam, genuit Iudaea Mariam.

7. - Veni in hortum meum, soror mea sponsa, messui mirrham meam cum aromatibus meis. Ps. Cantate.

8. - Comedi favum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo. Ps. Dominus.

9. - Talis est dilectus meus et ipse est amicus meus, filiae Ierusalem. Ps. Cantate.

Lectio VII. Initium sancti evangelii secundum Matthaeum. Liber generationis Iesu Christi. Et reliqua. Homilia venerabilis Bedae. Hic quaestio oritur cur anteponitur David Abraham quandoquidem maior est electio quam repromissio. Nam electio in David de quo dicitur: Inveni David filium Iesse secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. Et iterum: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Responsorium. Nativitas gloriosae virginis Mariae ... illustrat ecclesias.

Lectio VIII. Repromissio ad Abraham cum dicitur: In semine tuo benedicentur omnes tribus terrae. David manus fortis interpretatur, quia superbissimum Goliat solus vincit et perimit. Abraham vero pater multarum gentium interpretatur. Quod utique Christus intelligitur. Ipse enim bellator noster fortissimus qui solus cum diabolo, hoste nostro fortissimo, pugnavit eumque superavit et damnavit.

Responsorium. Nativitas tua Dei genitrix virgo gaudium ... vitam sempiternam.

Lectio IX. Post victoriam multorum effectus est pater populorum, id est pater omnium credentium. Qui omnibus in se credentibus patrem se invocare concessit dicens: Sic autem orabitis, Pater noster qui es in coelis. Nos quoque in baptismo diabolicis pompis abnegantes difficillimum contractum spiritualeque certamen inivimus et quem ipse nunquam nostri insidiare destitit ita nobis diligentissima cura vigilanter atque sollicte usque in diem exitus nostri in eodem certamine per Mariae necesse est Dei omnipotentis pietatem iugiter imploremus, quatenus sua magna misericordia victoriam tribuat et participes nos multarum virtutum esse concedat.

Responsorium. Solem iustitiae regem paritura supremum stella maris Maria hodie processit ad ortum. ℣. Cernentes divinum lumen gaudete fideles. Stella maris Maria hodie processit ad ortum. Gloria Patri. Stella maris.

Pro I nocturno infra octavam Nativitatis B.M.V. breviarium Zagrabiense I c 42 fol. 396 lectiones notat quae quasi verbotenus cum Rationali divinorum officiorum Wilhelmi Durandi L. VII c. 28 nec non c. 149 Explicationis divinorum officiorum Ioannis Beleth concordant.

Antiphonae ad Laudes cum illis quae in hodierno etiam Breviario Romano leguntur omnino concordant. ***Capitulum*** « Dominus possedit me », ***hymnus*** « Te adesse deposcimus », ℣. « Audi filia », *antiphona* ad *Benedictus* « Nativitatem hodiernam ».

Capitulum horae sextae « Et delectabar », horae autem nonae « Beatus homo qui audit me ».

Antiphona in SECUNDIS VESPERIS sicut in Laudibus. *Antiphona* ad *Magnificat*:

Quando nata est virgo sacratissima tunc illuminatus est mundus, stirps beata, radix et benedictus fructus eius.

Ante missam conventualem in ecclesia cathedrali processio sollemnis ad aram s. Michaëlis archangeli fiebat. Secundum Cantuale processionum 1751, 212 tempore processionis chorales cantabant *responsorium* « Solem iustitiae » sicut supra post lectionem IX. Ad aram s. Michaëlis perveniendo

chorales *antiphonam* « Nativitas gloriosae Virginis Mariae » cantabant. Post ℣. « Specie tua » et orationem « Supplicationem servorum tuorum » processio in chorum redibat, hymnum « Ave maris stella » cantando. Tunc celebrabatur missa conventualis.

Sacramentarium s. Margaretae MR 126 fol. 59ᵛ/60 pro hodierna festivitate duas *collectas* exhibet. En prima:

« Supplicationem servorum tuorum Deus miserator exaudi: ut qui in nativitate Dei genitricis et virginis congregamur eius intercessionibus complacatus a te de instantibus periculis eruamur » [28].

Collecta quae in sacramentario s. Margaretae MR 126 secundo loco ponitur eadem est atque illa quae in hodierno Missali Romano legitur. Idem dicendum etiam de *secreta* et de *postcommunione* in sacramentario s. Margaretae MR 126. In eodem sacramentario fol. 60 notatur praefatio propria cuius inchoatio neumizata est: « per Christum Dominum nostrum. Et praecipue pro meritis beatae Dei genitricis et perpetuae virginis Mariae gratia plenae tuam omnipotentiam laudare, benedicere et praedicare » [29].

In missali s. XIV MR 133 notatur missa « Gaudeamus in Domino diem festum celebrantes ». *Collecta* consonat cum illa quae in sacramentario s. Margaretae MR 126 primo loco legitur: « Supplicationem servorum tuorum ». *Graduale* « Audi filia », *Offertorium* « Filiae regum », *Communio* « Diffusa est gratia ». Fit *commemoratio* s. Hadriani, sed secreta « Munera quaesumus Domine » et *Postcommunio* « Beati Adriani » sicut in sacramentario s. Margaretae MR 126 fol. 60. Secundum rubricam missalis MR 133 fol. 218 in missa recitabatur sequentia « Nativitas Mariae virginis » [30]. Omnia haec etiam missale Zagrabiense Venetiis anno 1511 editum fol. 109ᵛ/1 et 266ᵛ praescribit.

Secundum benedictionale s. XI MR 89 fol. 66 episcopus in festo Nativitatis B.M.V. sequentem *benedictionem episcopalem super populum* proferebat:

Deus qui de beatae Virginis Mariae partu genus humanum dignatus est redimere sua nos dignetur benedictione locupletare.

Eius quoque semper et ubique patrocinia sentiatis ex cuius intemerato utero auctorem vitae suscipere meruistis.

Ut qui ad eius celebrandam nativitatem hodierna die convenistis, menti-

---

28 Eadem collecta etiam in Codice Prayano saec. XII ex. Budapestini asservato legitur, quam F. Kühár, *o. c.*, 11, publici iuris fecit.

29 Praefationem eamdem Codex Prayanus saec. XII ex. exhibet, quam F. Kühár, *o. c.*, 11, publicavit.

30 D. P. Radó, O.S.B., *Répertoire hymnologique des manuscrits liturgiques dans les bibliothèques publiques de Hongrie* (Budapest 1944) 42, No. 466.

bus devotis spiritualium gaudiorum et aeternorum praemiorum vobiscum munera reportetis. Amen.

Quod ipse praestare dignetur...

Cithara octochorda I/349 et II/365 sequentes *Kyrie* cum tropis exhibet:

Kyrie! qui hunc Ortum ordinasti ter beatum
ut Regina prodiret Maria. - Eleison.
Christe! haec praebebit tibi solium,
castum ventrem et sinum. - Eleison.
Kyrie! Rex Reginae modo natae natas Gratae
et sponsus Virginis Paraclitae. - Eleison.

Praeterea *Cithara octochorda* I, et II, cantilenam sequentem denotat:

Stella Iacob Maria nascitur,
Cuius hic ortu mundus pascitur:
Anna matre flos oritur,
Cuius odore serpens moritur.

Inde ab initio saec. XIV hymnus angelicus *Gloria in excelsis Deo* secundum ritum veterem Zagrabiensem in hunc modum tropis ornatus erat:

Domine Fili Unigenite, Iesu Christe, *Spiritus et alme orphanorum paraclyte.*

Domine Deus, agnus Dei, Filius Patris, *primogenitus virginis Matris...* suscipe deprecationem nostram *ad Mariae gloriam.*

Quoniam tu solus sanctus *Mariam sanctificans,*
Tu solus Dominus *Mariam gubernans,*
Tu solus altissimus *Mariam coronans*, Iesu Christe...

Tandem in fine missae etiam *Ite missa est* cum suo responsorio Deo gratias tropis ornatum erat:

Ite — *benedicti et electi in viam pacis, pro vobis Mariae filius hostia* — missa est.

Deo — *qui Alpha est et O, uni trino sempiterno, cum dulci sono dicamus* — gratias.

Quod *Ite missa est* in festis maximae sollemnitatis nostra adhuc tempestate sacerdotes quidam Zagrabiensis dioecesis provectae aetatis quandoque festivo modo tamquam vestigium ultimum ritus veteris Zagrabiensis decantare solent.

Carolus Kniewald

DE INTRODUCTIONE ARGUMENTI BAPTISMATIS CHRISTI IN VIGILIAM ET FESTUM EPIPHANIAE IN ECCLESIA ROMANA CELEBRATUM

R. P. Botte, qui origines festorum Nativitatis et Epiphaniae indagatione fundamentali investigavit, celebrationem Epiphaniae per Orientem et Occidentem in conspectu historico describens, asserit Ecclesiam romanam usque post tempora s. Gregorii, qui obiit anno 604, tantum adorationem Magorum celebrasse, cum pleraeque aliae ecclesiae iam ante admisissent etiam baptisma Christi et nuptias Canenses ut argumenta festiva [1]. Evolutionis absolutae finem indicat R. P. Frank, qui iudicat antiphonam *Hodie caelesti Sponso iuncta est Ecclesia* cantico *Benedictus* pro officio romano affixam esse a papa Gregorio III (731-741) e Syria oriundo [2]; in qua cum clare enuntientur tria argumenta festiva, adoratio Magorum, baptisma Christi, nuptiae Canenses, iuste deducit P. Frank triplex argumentum introductum esse cum admitteretur antiphona. Sed antecessisse tempus in quo duplex tantum admittebatur argumentum festivum, nos concludere audemus ex officio quod in Ordine Romano XV tali modo describitur:

« ...et medium noctis tempore ingrediuntur ad vigilias, psalmi quoque aut lectiones vel respunsuria de ipsa die canentes tantum de muneribus Magorum et baptismum; de nuptiis vero que facte sunt in Channa Gallileae octabas theophaniae celebrantur... » [3]; ad quam ordinationem Ordo Romanus XVI nihil addens remittit, ubi dicit: « De octabas domini vel de ephifania, in superiore ordine invenitur qualiter cęlebrare debeamus » [4].

Etenim, quidquid iudicandum sit de modo quo cetera elementa romana et gallicana in Collectione Sangallensi commixta sint, haec saltem praxis pertinere debet ad textum romanum originalem. Nam in Gallia a multo tempore triplex argumentum festivum agnitum erat; si ergo tertium, nuptiarum, excluditur, haec exclusio tantum e traditione romana explicari potest. Quare in hac lucubratiuncula pressius definire intendimus, quo

[1] B. Botte, *Les origines de la Noël et de l'Épiphanie.* Étude historique (= Textes et Études Liturgiques, 1). Louvain, 1932, pp. 32-39.

[2] H. Frank, *Hodie caelesti Sponso iuncta est Ecclesia.* Ein Beitrag zur Geschichte und Idee des Epiphaniefestes: *Vom christlichen Mysterium.* Gesammelte Arbeiten zum Gedächtnis von Odo Casel. Düsseldorf, 1951, pp. 192-226.

[3] M. Andrieu, *Les Ordines Romani du Haut Moyen Âge*, T. III (= Spicilegium Sacrum Lovaniense, Études et Documents, 24). Louvain, 1951, p. 110.

[4] M. Andrieu, *o. c.*, p. 150.

tempore alterum argumentum introductum sit, aliis verbis, quo tempore ad argumentum primitivum simplex Magorum accesserit alterum, baptismatis Christi.

Ex operibus s. Leonis iure meritoque concludimus, in usu romano primitivo tantum adorationem Magorum celebratam esse. Cum enim non minus octo praesto sint sermones die Epiphaniae habiti, nusquam baptisma Christi, ubique tantum adoratio Magorum commemoratur [5]. Atqui si in tali agmine verborum nullibi alterum argumentum commemoratur, tuto coniicere quis potest, hoc argumentum omnino defecisse. Ceterum omnem dubitandi occasionem tollit Epistula ad Episcopos per Siciliam constitutos [6]. Episcopi enim Magnae Graeciae, frequenti consuetudine cum Oriente coniuncti, illinc argumentum baptismale festi Epiphaniae acceperant. In quos papa vehementer invehitur:

« ... miror vos vel praecessores vestros tam irrationabilem novitatem usurpare potuisse, ut confuso temporis utriusque mysterio nullam esse differentiam crederetis inter dies quo adoratus est Christus a magis et diem quo resurrexit Christus a mortuis... ». Et sic porro.

Concedimus s. Leonem hic potius obstitisse praxi illa die baptizandi quam commemorandi baptisma Christi. Tamen in eadem epistula paulo post de ipsa commemoratione tractat. Ex quibus verbis liquide apparet ipsa die Epiphaniae baptisma Christi iam celebratum esse alibi, minime vero in Ecclesia Romana:

« Si quis autem Epiphaniae festivitatem, quae in suo ordine debito honore veneranda est, ob hoc aestimat privilegium habere baptismatis, *quia hoc quidam putant*, quod in eadem die Dominus ad baptismum sancti Ioannis accesserit, sciat illius baptismi aliam gratiam, aliam fuisse rationem... ».

Argumentum baptismatis, tam acriter a s. Leone retrusum, primis post eum temporibus in celebratione romana admissum esse nemo credere potest; quod autem dicit P. Botte, non admissum esse usque post tempora s. Gregorii, hoc effecisse cl. auctor non videtur. Provocat ipse quidem [7] ad unicam homiliam Epiphaniae s. Gregorii asseritque argumentum baptismatis in ea nullibi tangi. Sed notum est omnibus « argumentum e silentio », quod aiunt, multis subiacere cautionibus. Cum enim nulla lege teneatur orator sacer omnia proferre quae sciat de quadam re, si sermo

[5] S. Leo Magnus, *Sermones*, XXXI-XXXVIII: PL 54, 234-263.

[6] S. Leo Magnus, *Epistulae*, XVI: PL 54, 695-704.

[7] B. Botte, *o. c.*, p. 38.

tantum de Magis est, non efficitur oratorem alia diei argumenta ignorasse. Quod maius est, non alto silentio tegit baptisma, immo vero miramur cur s. Gregorius, cum in verbis sermonis praecedentibus nulla occasio adfuerit, subito instantissime et identidem de baptismate loqui coeperit:

« Peccata nostra praeterita in *baptismatis* perceptione laxata sunt, et tamen post *baptisma* multa commisimus: sed lavari iterum *baptismatis* aqua non possumus. Quia ergo et post *baptisma* inquinavimus vitam, *baptisemus* lacrymis conscientiam, quatenus regionem nostram per viam aliam repetentes [sicut magi fecerunt (!)], qui ex ea bonis delectati discessimus, ad eam malis amaricati redeamus, praestante Domino nostro, etc. » [8].

Certo certius homiliam tali conclusione praeditam perperam quis adhibet, ut neget in animo s. Gregorii haesisse commemorationem baptismatis. Ergo magnus liturgiae romanae reformator haberi non potest ut terminus post quem introducta est commemoratio baptismatis. Certum terminum post quem unus s. Leo praebet. Et, ut iam monuimus, aegre quis suspicit primis temporibus post eius repulsam iam receptum esse argumentum baptismatis.

Alia via in quaestionem hic ventilatam incidimus, cum indagaremur origines hodierni officii romani. Quae ibi de ortu vigiliarum antiquiorum romanarum comperimus, hic ut evicta supponimus. Cum tamen exposita sint lingua non omnibus satis pervia [9], comprobata nostra per summa capita hic adumbramus.

Vigiliae antiquiorum festorum romanorum, ita nostra fert opinio, ortae sunt ante tempora s. Gregorii, et novem constabant psalmis, qui ex universo psalterio deprompti erant, sicut psalmi matutini (laudum) vel completorii. Inter varias reformationes quas adscribimus s. Gregorio, qui fuit et monachus et papa, praecipua fuit impositio « psalterii hebdomadarii », cum « psalterium currens » monachorum ita singulis per hebdomadae dies officiis affixit, ut psalmi usque ad ps. 109 (exclusive) vigiliis, psalmi post 108 (exclusive) vesperis assignarentur. Huic limiti etiam vigilias festivas primitivas subiecit, psalmos supra 108 extrudens et transvehens ad vesperas festivas speciales. Pro psalmis e tertio nocturno amotis suffecit 95, 96, 97, 98, qui soli propter varias rationes ut subsidiarii adhiberi poterant et hac

[8] S. GREGORIUS MAGNUS, *Homiliae XL in Evangelia*: PL 76, 1114.

[9] *De Psalmordening van het romeins Officie en haar Samensteller*, in *Tijdschrift voor Liturgie*, 40 (1956) 343-356. — Compendium aliquantulum extensius quam in textu invenitur in H. A. P. SCHMIDT, *Hebdomada Sancta*, T. II. Romae-Frib. Brisg.-Barcinone, 1957, pp. 880-882.

de causa in diversissimis vigiliis iidem recurrunt. Antiphonas psalmorum subsidiariorum larga manu instruxit exclamatione « alleluia », quae a romanis tempori paschali reservata, ab eo tunc per totum annum diffusa est.

Hisce de forma singulari vigiliarum festivarum antiquiorum revocatis, si vigilias Epiphaniae inspicimus, quaedam mira invenimus. Hi enim psalmi et antiphonae psalteriales assignantur in Antiphonario Compendiensi, quod romanorum antiquissimum est [10]:

Ps. 28 Ant.: **Afferte domino, filii dei, adorate dominum in aula sancta eius,**

Ps. 46 Ant.: **Psallite deo nostro, psallite: psallite regi nostro, psallite sapienter.**

Ps. 65 Ant.: **Omnis terra adorea (sic) te et psallat tibi, psalmum dicit nomine tuo, domine.**

Ps. 71 Ant.: **Regis tharsis et insulae munera offerent regi domino.**

Ps. 85 Ant.: **Omnes gentes quascumque fecisti venient et adorabunt coram te domine.**

Ps. 94 Ant.: **Venite adoremus eum, quia ipse est dominus deus noster.**

Ps. 45 Ant.: **Fluminis impetus laetificat, alleluia, civitatem dei, alleluia.**

Ps. 95 Ant.: **Adorate dominum, alleluia, in aula sancta eius, alleluia, alleluia.**

Ps. 96 Ant.: **Adorate dominum, alleluia, omnes angeli eius, alleluia, alleluia.**

Sine ullo dubio hac serie psalmorum et antiphonarum pertinentium exhibetur vigilia originalis, qualis post s. Gregorium per totum Orientem diffusa est. Iam patet, si varios testes ecclesiasticos huic seriei admovemus: Amalarius [11], Antiphonarium Vaticanum [12], Ordinale Exoniense (Exeter) [13], breviarium romanum hodiernum, praemonstratense (Pr), dominicanum (Do) et carmelitanum (Ca) perfecte quadrant, nisi quod psalmus 45 cum sua antiphona in breviario romano hodierno, dominicano et carmelitano a septimo loco ad secundum ascenderit. Quod autem varios testes monasticos attinet, C. Callewaert iam demonstravit, vigilias monasticas antiquiores festivas 12 psalmorum esse vigilias festivas romanas 9 psalmorum ampliatas [14]. Et revera, si praecipuos testes monasticos inspicimus, ut

[10] *Liber responsalis sive antiphonarius*: PL 78, 741-742: Co.

[11] Amalarius Ep., *Liber de ordine antiphonarii*, XXI: ed. J. M. Hanssens, *Amalarii Ep. Opera Liturgica Omnia*, T. III, Città del Vaticano, pp. 58-59: An.

[12] *Antiphonarium romanum, Cod. Arch. S. Petri in Vaticano B 79*: ed. J. M. Thomasius - A. F. Vezzosi, *Opera omnia*, T. IV. Romae, 1747, p. 47: Va.

[13] *Ordinale exoniense*: ed. J. N. Dalton (= Henri Bradshaw Society 37). Londini, 1909: Ex.

[14] C. Callewaert, *Les offices Festifs à Rome avant la Règle de saint Benoît*, in *Sacris Erudiri*, Steenbrugge, 1940, pp. 149-168.

sunt Antiphonarium Sangallense [15], Lucense [16] et ab Worcester dictum [17] vel etiam breviarium monasticum hodiernum, identidem etiam supradictos novem psalmos cum suis antiphonis invenimus. Quod quidem eo maius est, cum tres psalmi et antiphonae additae quam maxime differant. Ita confirmatur psalmos et antiphonas Antiphonarii Compendiensis referre seriem romanam originalem.

In hac serie mirum quid occurrit, locum dicimus psalmi 45. Cum enim ordo numericus semper et ubique in omni vigilia festiva quam religiosissime observetur, hic funditus evertitur, cum ps. 45 collocatus sit inter 94 et 95. Hunc locum singularem non solum Antiphonarium Compendiense assignat, sed, ut diximus, Amalarius quoque, Antiphonarium Vaticanum, Ordinale Exoniense, breviarium praemonstratense, ergo testes satis diversi. Quare si inquirimus, uter locus originalis fuerit psalmi 45, secundus an septimus, pro septimo loco praevalent hi testes tum ob diversitatem tum ob eorum venerabilem antiquitatem prae breviario romano moderno, dominicano, carmelitano. Insuper, sicut nulla ratio cogitari potest cur psalmus 45 e secundo loco primitivo cum corruptione ordinis numerici, alias quam religiosissime observati, in tam diversis testibus ad locum septimum inter ps. 94 et 95 descenderit, ita studium observandi ordinem numericum bene explicat cur e loco septimo ad secundum ascenderit. Sed pro loco septimo ut originali omnino diiudicare debemus, si ipsam antiphonam penitius inspeximus. Non solum apud testes septimi loci, sed etiam apud omnes testes secundi loci, tam ecclesiasticos quam monasticos, antiphona exstructa apparet duplici *alleluia*. Atqui in omnibus vigiliis festivis extra tempus paschale, in quibus post antiphonas additur *alleluia*, tales antiphonae ad tertium pertinere nocturnum inveniuntur. Ita ipsa antiphona omnium testium secundi loci prodit, psalmum primitus ad tertium nocturnum pertinuisse, ubi et ab antiquissimis testibus collocatur. Eccur in loco tam singulari et miro collocatus est?

Res explicari potest ope theoriae quam alibi exposuimus et supra brevi rettulimus. S. Gregorius hunc psalmum cum duobus aliis subsidiariis 95 et 96 in tertio nocturno collocavit et pro more suo eis antiphonas alleluiaticas assignavit. Et hic quidem e consueto agendi modo penitus discessit,

15 *Antiphonale officii monastici, écrit par le B. Hartker, ms 390-391 de la Bibl. de Saint-Gall* (= Paléographie Musicale, VI, 2), p. 195: Ga.

16 *Antiphonaire monastique, XIIe siècle, Cod. 601 de la Bibl. Cap. de Lucques* (= Paléographie Musicale, IX), pp.. 66 ss: Lu.

17 *Antiphonaire monastique, XIIIe siècle, Cod. F. 160 de la Bibl. de la Cathédral de Worcester* (= Paléographie Musicale, XII), p. 53: Wo.

adhibens psalmum 45 ut subsidiarium, cum alibi semper adhibeat ps. 95, 96, 97 vel 98, immo in tantum discessit ut ordinem numericum alibi quam religiosissime observatum nihil curaverit. Si ergo hunc psalmum 45 in vigiliam Epiphaniae invexerit, hoc fecisse debet ob rationem omnino singularem. Interrogemus ergo antiphonam, quae « clavis » psalmi merito dicitur: sicut indicat quid nos orantes animo revolvere debeamus, ita et pandit ob quam rationem psalmus quidam in officium festivum assumptus sit. Iterum mirum aliquid ostendit antiphona: « *Fluminis impetus laetificat, alleluia, civitatem dei, alleluia.* Ecce, « aquam » celebrat, quae « laetificat civitatem dei ». Quae autem aqua in festo Epiphaniae Domini cogitari potest nisi baptismatis? Ipse s. Gregorius alibi [18] eundem versum diserte explicat de baptismate et effusione Spiritus Sancti cum eo coniuncta:

« De Libano ergo aquae putei cum impetu fluunt: quia in baptismo electi quique donum Spiritus sancti accipiunt quo illuminati Scripturae sacrae sensum intelligunt. Quae Scripturae sanctae scientia tanto fluit impetu, ut electos dum tangit, ab huius vitae amore submoveat, et ad aeterna gaudia vi impetus sui quosque adhaerentes traiiciat. Hinc est enim quod in psalmo scriptum est: *Fluminis impetus laetificat civitatem Dei*. Impetus enim fluminis civitatem Dei laetificat cum per donum sancti Spiritus fortiter inundans Scripturae sapientia sanctam Ecclesiam, vel cuiuslibet capientis mentem, infusione sua exhilarat ».

Ergo, postquam sex psalmi praecedentes et primitivi ne verbulo quidem de baptismate mentionem fecerunt, s. Gregorius studiose ideam baptismalem in vigiliam festivam invexit, assignans hunc singularem psalmum subsidiarium. Quod studium vix explicari potest, nisi s. Gregorius argumentum baptismale pro festo Epiphaniae admiserit, immo, ni fallimur, huic festo ipse contulerit. Aegre enim fingimus eum tot labores suscepisse propter ideam iamdiu receptam in ecclesia sua.

Quaeri potest utrum haec idea baptismalis relata sit ad baptisma Christo in Iordane, an christianis in sacro fonte collato. In primo quidem teste qui loquitur de baptismate Christi in Epiphania recolendo, Ordinem Romanum dicimus XV, fidelium quoque baptisma supponitur, at in ordine baptismali qui manifeste ordini primitivo insertus est. Morin hic sibi videtur deprehendere usum nonnullorum monasteriorum romanorum ab usu ecclesiae discedentem [19], Silva Tarouca odoratur interpolationem gallica-

[18] S. Gregorius Magnus, *Super Cantica Canticorum Expositio*, c. IV: PL 79, 515.

[19] *Revue Bénédictine*, 10 (1893) 114-115; cf. M. Andrieu, *o. c.*, p. 80, n. 1.

nam in ordine ceteroquin romano[20], Andrieu tam ordinem baptismalem quam ordinem principalem gallicanae retractationi subiacuisse suspicatur[21]. E contra e tribus nullus obstat quominus locum Ordini Romani XV supra relatum, qui memoriam baptismatis Christi refert, intelligamus de usu romano illius temporis. Si ergo hos auctores audimus, s. Gregorius temporibus superioribus tantum ad baptisma Christi, non ad baptismum christianis suscipiendum respicere potuit. Quidquid sit de hac re, si in festo Epiphaniae conferebatur baptisma christianis, supponendum est hoc factum esse propter memoriam baptismatis Christi eo die recultam. Quare si s. Gregorius invehens hunc psalmum cum antiphona sua ad christianorum baptisma respexerit, dicendum est baptisma Christi inter argumenta festiva Epiphaniae iam adfuisse. Probabilius tamen videtur s. Gregorium, cum reformaret officium, tantum respexisse ad Christi baptisma, non ad christianorum baptisma, idque non solum quia baptisma fidelium in die Epiphaniae non ad usum romanum pertinet, sed praecipue cum non adhibitus sit psalmus praeclare baptismalis ut psalmus 41, sed psalmus 45 qui, si integer consideretur, non intelligi potest de baptismate fidelium, sed per singulos fere versus proclamat « Theophaniam » vel « Apparitionem Domini », quae « Apparitio », testante antiphona, speciatim ad baptisma Christi referri debet.

In eundem omnino sensum inclinamur ob antiphonam quae pro cantico *Benedicite* in matutino (hodiernis « laudibus ») ab omnibus testibus supra relatis praescribitur: « *Maria et flumina, benedicite Dominum, hymnum dicite fontes Domino, alleluia* ». Cum in cantico tot res et personae enumerentur, antiphona effert ipsas aquas et fontes, aperte eo fine ut alludat ad baptisma Christi in Iordane flumine, quo baptismate, ut veterum habet sententia, universae totius mundi aquae sanctificatae sunt. Hic quoque manum s. Gregorii deprehendere nobis videtur, quod confirmari potest ex vocibus « alleluia » huic et aliis matutini antiphonis additis, cum saltem ante s. Gregorium mos romanus a tali additione abhorruerit.

Ex responsoriis vigiliae, in quibus Magorum et baptismatis argumenta occurrunt, stricta argumentatio obtineri nequit. Cum enim in psalmis et antiphonis manus s. Gregorii dignosci possit ex ordine numerico vel additione alleluiatica, talia indicia pro responsoriis deficiunt. Loca satis arbitrarie mutabant responsoria et nova etiam posterioribus temporibus facile admittebantur. Attamen si responsoria apud testes supra citatos comparamus, aliquid saltem deprehendere possumus:

[20] C. Silva-Tarouca, *Giovanni archicantor di S. Pietro a Roma e l'« Ordo Romanus » da lui composto*, in *Miscellanea G. B. de Rossi*, P. I. Roma, 1923, p. 186.

[21] M. Andrieu, *o. c.*, pp. 59-92.

	eccl.							mon.				
s.	9.	9.	12.	12.	13.	14.	16.	10.	12.	13.	17.	
Hodie in Iordane	Co	An	Va	Pr	Do	Ca	Br	Ga	Lu	Wo	Mo	Baptisma
Omnes de Saba	Co	An	Va	Pr	Do	Ca	Br	Ga	Lu	Wo	Mo	Magi
Magi veniunt	Co	An	Va	Pr	Do	Ca	Br	Ga	Lu	Wo	Mo	Magi
Stella quam	Co	An	Va	Pr	Do	Ca	Br	Ga	Lu	Wo	Mo	Magi
Tria sunt	Co		Va	Pr	Do	Ca	Br	Ga	Lu	Wo	Mo	Magi
Illuminare	Co	An		Pr	Do	Ca	Br	Ga	Lu	Wo	Mo	Magi
Videntes stellam	Co	An	Va		Do		Br	Ga	Lu	Wo	Mo	Magi
In columbae	Co	An		Pr	Do	Ca	Br	Ga	Lu		Mo	Baptisma
Interrogabat	Co		Va	Pr		Ca		Ga	Lu	Wo	Mo	Magi
Dies sanctificatus	Co	An						Ga	Lu	Wo	Mo	Theoph. gen.
Hic est dies	Co		Va					Ga	Lu	Wo	Mo	Magi
(Reges Tharsis				Pr	Do	Ca	Br		Lu	Wo	Mo	Magi)

Habemus hic seriem 11 responsoriorum, quae satis saepe recurrunt apud testes tum ecclesiasticos tum monasticos, inter quos antiquissimos. Duodecimum responsorium « Reges Tharsis » non videtur eandem originem habere, tum quia deest in quattuor ex antiquissimis testibus, Co, An, Ga et Va, tum quia tantopere congruit cum offertorio Missae, ut ex hoc originem ducere postea potuerit. Ex aliis responsoriis quae in singulis fontibus reperiuntur, nullum tam late divulgatum est qualiter haec undecim. Tota series adest in Antiphonario Compendiensi et in Sangallensi, quod in hac re praeter morem omnino cum aliis testibus monasticis convenit. In officiis quidem ecclesiasticis, quae octo tantum vel novem responsoria in vigiliis admittunt, tota series adesse non potest, sed unumquodque responsorium saltem — praeter Compendiense — etiam apud Amalarium vel in Antiphonario Vaticano invenitur. Quod eo maius est, si ad aliorum festorum responsoria respicimus: responsoria communia alibi pauciora numero sunt nec umquam series nonaria obtinetur. Quod et facile intelligimus si meminerimus C. Callewaert invicte probasse, officium monasticum (duodecim responsoriorum) esse officium ecclesiasticum (novem responsoriorum) ampliatum. Iam si hic seriem undecimanam deprehendimus, omnibus modis impellimur ut supponamus seriem ex qua variae traditiones ecclesiasticae et monasticae hauserunt, primitus non novem sed undecim responsoria habuisse.

Mirum quiddam, sed quod explicari potest ope theoriae superius probatae, cum dixerimus s. Gregorium argumentum baptismi invexisse in celebrationem Epiphaniae romanam et in officium a se reformatum. Hoc praeter psalmum subsidiarium singularem 45 cum sua antiphona etiam responsoriorum series innuere videtur. Si enim horum argumenta indaga-

mus, primum videmus in nullo eorum — sicut in nullo psalmo vel antiphona — nuptias Canenses occurrere. Unus Amalarius, quem ceteroquin scimus series responsoriorum in suo antiphonario ad artem strictissime revocasse, habet eiusmodi responsorium nonum, quod pro vigilia Epiphaniae apud nullum alium testem occurrit, nec in hodierno quidem breviario ecclesiastico vel monastico. Unde suspicamur, hanc seriem veterrimam ortam esse *antequam* introducta fuerit antiphona supra canticum « Benedicite » *Hodie caelesti Sponso iuncta est Ecclesia* a P. Frank s. Gregorio III (731-741) restituta, in qua argumentum tertium, nuptiarum, occurrit.

Adest autem in serie alterum argumentum, baptismatis Christi in Iordanis flumine, quod s. Gregorio attribuimus: exhibetur a duobus responsoriis quae cum serie primitiva nonaria undecim responsoria efficere potuerunt. Quare haec series *post* s. Gregorium ad varias traditiones ecclesiasticas et monasticas tracta est. Responsoria inde deprompta non minus undecim numero esse (quod est omnino insolitum) bene explicari potest si ponamus magnum officii romani reformatorum *ad novem responsoria quae theophaniam in genere, vel, ut pleraque, theophaniam Magis concessam praedicant*, duo nova responsoria addidisse de baptismate Christi. Immo indicium, licet tenuissimum, eiusmodi ampliationis posterioris nos tenere suspicamur, quia tum in officio ecclesiastico tum in monastico etiamnum praescribitur — quod alio modo vix explicari potest —, ut nonnullis diebus infra octavam Epiphaniae in vigiliis primum responsorium *Hodie* quod est de baptismate et ideo nobis *gregorianum*, locum cedat responsorio *Tria sunt munera*, quod est *praegregorianum*.

Heeswijk (Ned.) in Abbatia Bernensi.

Olav Klesser, O. Praemonstr.

DAS BEURONER FRAGMENT-DOPPELBLATT Nr. 47 MIT VOLLSTÄNDIG AUSGESCHRIEBENEN TEXTEN EINES LEKTIONS-SAKRAMENTARS

A. Wilmart monstrávit in periodico *Revue bénédictine* « Indiculos » in codicibus liturgicis antiquis, qui pericopas epistolarum et evangeliorum pro singulis Missarum formularibus ad initia finesque textuum biblicorum restringunt, non esse veros « Libros Comicum », sed sub hoc nomine prioribus temporibus solummodo intelligendos esse illos, qui textus integros descriptos continent. Ideo hi maioris momenti sunt quam « Indiculi ».

In fragmento Beuronensi Nr. 47 tales textus plene scriptos habente repraesentatur ergo verus « Comes » pro tempore Adventus licet textus correspondeant « Indiculo Murbacensi ». Attamen hoc fragmentum exhibet aliquas diversitates singulares. Dum enim alii « Comites » post Vigiliam et festum S. Andreae habent pericopas Adventus minime interiectis festivitatibus, fragmentum nostrum affert festum S. Luciae necnon antea — sicut pro existente lacuna monstratur — habebat etiam Vigiliam et festum S. Andreae *post* Dominicam I et variat saltem quoad pericopas evangelicas contra Missale Romanum, quia sequuntur ordinem priorem Sacramentariorum saeculi VIII Gelasianorum licet *formulae Orationum* sint gregorianae. Istae formulae ergo aliquando mutatae sunt e gelasianis in gregorianas.

Manserunt autem *pericopae* antiquae gelasianae, reducto numero olim quinque dominicarum ad quattuor. Requiritur an talis contrarius ordo notus sit et respondetur « affirmative » quoad vetus Missale Cassinense restitutum quondam cura auctoris e palimpsesto litteris uncialibus scripto, ubi pro aliis temporibus probari potest.

Pro epistola feriae III post Dom. II Adventus sumpta e prophetia Malachiae indicatur et illustratur et commento ornatur diversitas traditionis.

Dass die Doppelcomeslisten alter Zeit, die als « Indiculi » auf uns gekommen sind, auf noch ältere vollständig ausgeschriebene Doppelcomesbücher zurückgehen müssen, hat einst A. Wilmart gelegentlich der Veröffentlichung der Murbacher Comesliste in *Revue bénédictine*, 30 (1913) 25-69 gleich auf den ersten beiden Seiten betont und ich selbst hatte hernach das Glück, aus Beständen der Württembergischen Landesbibliothek in 2. Fundperioden Blätter solcher ausgeschriebener Comesbücher festzustellen und sie in zwei Aufsätzen veröffentlichen zu können [1]. Im 2. dieser Aufsätze konnte dann Wilmarts Annahme « stricte » erhärtet werden. Man möge den ausführlichen Beweisgang a. a. O. nachlesen.

Seitdem schenke ich allen vollausgeschriebenen Lesetexten für die Hl. Messe besondere Beachtung. Jüngst nun kamen mir bei der Katalogi-

---

[1] Beide erschienen in den *Ephemerides liturgicae*, 65 (1951), der erste unter dem Titel *Zwei wichtige Fragmente eines Doppelcomes aus dem 8. Jh.* auf. S. 77-86, der zweite unter dem Titel *Ein Vorläufer des Comes von Murbach* auf S. 237-252.

sierung der Beuroner Handschriftenfragmente in Nr. 47 wieder Texte vor meine Augen, die, auf einem Doppelbatt [2] niedergeschrieben, leider durch eine Textlücke eines weiteren Doppelblattes von einander getrennte Teile eins Lektionssakramentars darstellen und ebenfalls voll ausgeschrieben sind.

Sie bieten Texte aus der Adventszeit und sollen so kurz wie möglich dem Leser durch die folgende Aufstellung dargeboten werden:

Die Texte:

1. des Vorderblattes für die Dom. I Adv. und die Feriae IIII u. VI.

(Or.) Excita dne qs potentiam t. ut ab imminentibus peccatorum n.	= Gr 185, 1	MR: Dom. I Adventus.
Ep. Scientes quia hora est iam nos de somno surgere - sed induimini dnm ihm xpm	= Rom 13, 11-14	MR: Dom. I Adv.
Ev. Cum appropinquassent hierosolymis et uenissent bethfage - qui uenit in nomine dni	= Mt 21, 1-9	bei Klauser f. d. Ebd. IIII ante Nat. Dni.
Sec. Haec sacra nos dne potenti uirtute	= Gr 185, 2	MR: Dom. I Adv.
Ad Co. Suscipiamus dne misericordiam t.	= Gr 185, 3	MR: Dom. I Adv.
Fer. IIII		
Ep. Patientes estote et uos - qui locuti sunt in nomine dni	= Jac 5, 8-10	
Ev. Uenit ioh. baptista praedicans - confitentes peccata sua	= Mt 3, 1-6	
Fer. VI		
Ev. Dicebat iohannes ad turbas que exiebant ut baptizarentur - Facite ergo (bricht ab!)	= Lc 3, 7 - (18), (einst - 18)	

---

2 Dasselbe hat die Maasse 25 × 37 cm. (Seitenmaasse 25 × 17,5), die Schrift ist eine karolingische Minuskel des 10. Jhs.

Textlücke

wegen des weiteren durch sie verloren gegangenen Doppelblattes, das wohl Mittelblatt einer Lage war; ihren ehemaligen Inhalt gilt es deshalb unbedingt noch zu bestimmen, was insofern schwierig erscheint, als alle sonstigen Lesungsnotierungen Angaben für die Adventssonntage geschlossen aufeinander folgen lassen.

2. des Hinterblattes für die Dom. II Adv. und die Fer. IIII

Ev. (Erunt signa in sole et luna - in)cipientibus respicite - uerba autem m. non transibunt	= Lc 11, (25) - 33 MR: Dom. I bei Klauser f. d. Ebd. III ante N. Dni
Sec. Placare qs dne humilitatis nrae	= Gr 186, 2
Ad. Co. Repleti cibo spiritalis alimonie	= Gr 186, 3
In nat sce lucie	
(Or). Exaudi nos ds salutaris ut sicut	= Gr 187, 1
Sec. Accepta tibi sit dne sacrate plebis	= Gr 187, 2
Ad Co. Saciasti dne familiam tuam	= Gr 187, 3
Fer. IIII	
Ep. Ecce ego mitto angelum m. - et ero testis uelox + Ecce enim ueniet succensa - ad patres eorum	Mal 3, 1 - 5[a] + 4, 1 - 6; also kombiniert!
Ev. Dicebat ihs turbis: Amen dico uobis non surrexit - maior est illo (bricht ab, ging einst aber bis « qui habet aures audiendi audiat »)	= Mt 11, 11 - (15)

Schluss des Fragmentes

Diese Aufstellung zeigt uns zunächst einmal, dass die Anordnung der Sonntagsperikopen für die Evangelien am 1. und 2. Adventssonntag nicht die des M(issale) R(omanum) war, da in diesem die Lesung aus Lc 11,

25-33 am. 1. Sonntag erfolgt und nicht wie bei uns am 2. Sonntag, welcher offenbar als Dom. III ante Nat. Dni fungierte (Überschrift fehlt im Fragment wie auch am 1. Sonntag). Unsere Sonntagsperikope Mt 21, 1-9 erscheint aber im MR überhaupt nicht; bei uns wurde sie aber am 1. Sonntag, d. h. an der Dom. IIII ante Nat. Dni verlesen. Die ganze Folge unserer Ep.- und Ev.-Lesungen für die beiden ersten Adventssonntage stimmt übrigens genau mit der in der Murbacher Liste angegebenen überein. Auch sind daselbst unsere Lesungen für die jeweils nachfolgenden beiden Ferialtage, die alten Stationsfasttage, am Mittwoch für Ep. und Ev., am Freitag nur für ein Evangelium zu belegen und zwar auch die Ep.-Lesung am Mittwoch nach dem 2. Sonntag, an dem unser Fragment eine Kombination aus Malachias bietet, während man sonst als Umfang dieser Lesung fast immer nur 3, 1-4 angegeben findet[3]. Und doch ergab sich bei der Suche nach ihrer Belegbarkeit in gewisser Beziehung noch eine merkwürdige Überraschung. In der Liste von Murbach, die nur Anfang und Ende der dort fälschlich als Mich-Lesung bezeichneten Ep. mit den Versen 3,1 - 4,6 angibt, zeigte sich natürlich kein Fehlen der 2. Hälfte von Vers 5 von « maleficis » an und weiter bis 4,1. Doch machte schon Wilmart S. 52 in der Anmerkung zu Nr. CLI² darauf aufmerksam, dass diese Mal-Lesung im 5. Band der Opera von Kardinal Thomasius unter Nr. CCLXXIV aus den Versen 3,1 - 5 und 4,5 u. 6 (von V. 6 nur noch die Hälfte) bestehe. Wir haben also dieser Umgrenzung gegenüber in unserem Fragment wieder einen vollständigeren Text[4]. Sonst begegnet die mit 3, 1 beginnende und schon mit 3, 4 endende Mal-Lesung nur in der Messe für das Fest der Purificatio B. M.V.

Nach dieser Überschau über die Texte unseres Fragments erscheint nun aber der Übergang von seinem Vorderblatt zum Hinterblatt wegen

---

[3] So z. B. in W. H. FRERE's *Roman Epistle-Lectionary*, S. 59 für diese Feria.

[4] Mein Mitbruder, P. Johannes Schildenberger, an den ich die Frage stellte, warum unser Text 1) einerseits den Schluss von Vers 3,5 + Vers 6 (+ den Rest von Kapitel 3 wie bei Thomasius) vermissen lässt, während Thomasius die beiden erstgenannten Verse angibt, dann aber 2) anderseits die Verse 4,1 - 4 bringt, während Thomasius dieselben nicht bietet, glaubt den Fall 1 aus dem Inhalt des Textes heraus, der nach « velox » gekommen wäre, als taktvolle Rücksichtsnahme des Liturgen auf die einleitend mit « et accedam *ad vos* » angesprochenen Zuhörer erklären zu können, auf die sich die nach « velox » folgenden Worte « maleficis et adulteris et periuris et qui calumniantur mercedem mercennarii, viduas et pupillos et opprimunt peregrinos nec timuerunt me » sonst bezogen hätten. — Im Falle 2 ist es schwer, eine Begründung für das Vorhandensein der Verse 4,1 - 4 zu finden. Es scheint beinahe, als ob sie als Ersatz für die bei uns nicht mitgeteilten beiden Verse 3,5 (voller Schluss) und 6 gelten sollten. Jedenfalls vermittelt unser Text gerade durch die Hinzufügung von 4, 1-4 einen besonders freudigen und hoffnungsvollen Ton.

der dazwischen auftretenden Lücke mit den Texten eines weiteren Doppelblattes noch sehr rätselhaft und fordert eine Klärung. Natürlich folgte darauf einst zunächst der Schluss des Evangeliums der Feria VI nach den Worten «Facite ergo» und *vor* dem erhaltenen Hinterblatt die Tagesoration (sozusagen sicher «Excita dne corda nostra» = Gr 186, 1) und der Beginn des Ev. «Erunt signa» bis zur Einsatzstelle «(in)cipientibus» des erhaltenen Hinterblattes.

Was aber stand dazwischen? — Da in der Murbacher Liste alle 4 Adventssonntage hintereinanderfolgen und ihnen dort Vigil und Fest von Andreas vorangehen, sollte gleiche Anlage bei uns auch erwartet werden können. Bei uns muss hierin aber eine Änderung vorgenommen worden sein. Und wir sind sogar imstande zu sagen, welcher Art sie war. Da der 1. Sonntag des Advents in manchen Jahren schon auf den 27.-30. November fallen kann, ist es möglich, dass Vigil und Festtag von Andreas auf den 29. und 30. November fielen und somit wirklich in unserer Lücke zwischen dem 1. und 2. Adventssonntag gestanden haben können. Dass Festtage in unserem Lektionssakramentar *auch* gefeiert wurden, beweist bei uns der Luciatag. Also ist auch das Einfallen von Vigil und Fest von Andreas wie angegeben möglich. Auf dem dafür noch zur Verfügung stehenden, wohl noch etwas mehr als 3 Seiten betragenden Schriftraum waren aber diese Texte — wohl die in der Murbach-Liste angegebenen — unterzubringen. Wir wissen nun, was in der Textlücke einst stand.

Doch damit sind die Erkenntnisse, die wir aus unserem Fragment gewinnen können, noch keineswegs alle mitgeteilt; es verbergen sich darin noch andere.

Die angegebene Tatsache, dass die Folge unserer Ep.-und Ev.-Lesungen sich mit der Comesliste von Murbach deckt, zeigt schon zunächst, dass unser Fragment in Hinsicht der Perikopenwahl auf einer junggelasianischen Quelle aufbaut, denn diese Liste bietet eine zu einem junggelasianischen Sakramentar gehörige Lesungen-Auswahl, weil die Verwendungstage am besten mit einem solchen übereinstimmen. Sodann aber sehen wir, dass — ganz im Gegensatz hiezu — die Gebetstexte unseres Fragments gregorianische Formeln sind. Das aber weist darauf hin, dass sie einst eben nicht gregorianische, sondern gelasianische gewesen sein müssen. Wie kam es, das ist nun die Frage, zu ihrer Auswechslung gegen die früheren gelasianischen Formeln?

Um sie zu beantworten, müssen wir wieder auf die Perikopentexte zurückgreifen, die unser Fragment bietet. Wie gesagt, zeigen diese, wenigstens was das erste der beiden erhaltenen Sonntagsevangelien betrifft, nicht die Perikope des heutigen 1. Adventssonntags. Wie ist dies zu er-

klären? Findet sich vielleicht ein ähnliches Lektionssakramentar mit solchem Wechsel der Quellen? — Die bisher bekannten Codices bzw. Fragmente von Plenarmissalien bringen entweder zu den Lesungen auch die Gesangstexte (so die Masse der Plenarmissalien) oder es sind nur Halb-Plenarmissalien, weil trotz des Vorhandenseins von Gesangstexten hinwiederum die Lesungstexte fehlen (vgl. TuA 49/50: Gamber, *Sakramentartypen*, S. 153, Anm. 3). — Auf der Suche nach einer Parallelhandschrift zu unserem Fragment ergab es sich, dass nur im Lektions-Sakramentar Cas von Monte Cassino (s. TuA 34/35), das freilich über 200 Jahre älter ist, solcher Bestand vorliegt[5].

Lassen sich nun bei den wenigen, dazu noch durch die Textlücke gestörten Texten unseres Fragments noch weitere Anhaltspunkte gewinnen, die auf eine wirkliche Abhängigkeit vom eben genannten Palimpsestkodex 271 von Monte Cassino hinweisen könnten? Wir beantworten diese Frage durch den Hinweis auf die sonst ungewöhnliche Stellung von Vigil und Fest des hl. Andreas *nach* dem 1. Adventssonntag. Die Art und Weise der Redaktion des Palimpsest-Lektionssakramentars dürfte wohl die Antwort auf unsere Frage vermitteln. Wie ich einst schon als sein Herausgeber annahm und inzwischen K. Gamber (Eph. lit. 42, 1953 S. 111-126) nachweist, ist das genannte Messbuch aus einem Gelasianum entstanden und zwar derart, dass sein Redaktor als Grundlage ein Gelasianum genommen hat und alle Formulare, die eine Entsprechung in Gr haben, nach diesem umgestaltet hat, die übrigen Formulare dagegen in der gelasianischen Gestalt beliess und sie lediglich nach dem gregorianischen Schema (3-gliedrig) umbildete.

In Cas fehlen leider aufgrund des fragmentarischen Charakters der Handschrift die Texte des Advents. Wir können uns deshalb die fehlenden Partien in Cas nur aufgrund der Arbeitsweise unseres Redaktors vorstellen. Dieser fand in seiner gelasianischen Vorlage noch 5 Adventssonntage vor, wollte aber dem Gr folgen und ersetzte die Dominica V ante Natale Dni, die noch in den Junggelasiana stand, wie Formular 258 des St. Galler Sakramentars 348 (= S) zeigt, durch die Dominica I in Adventu des Gr. In der gelasianischen Vorlage aber war nach der Dom. V ante Nat. Dni noch die Vigil u. das Fest des hl. Andreas (Formular 260

---

[5] Ähnliches bietet zwar auch 1.) das Lektions-Sakramentar von Bobbio (aus Oberitalien), wo die Lesungen dem eigentlichen Messformular vorangestellt sind, dann 2.) das Lektions-Festsakramentar von Brüssel (= Brü), wo die Lesungen den Orationen folgen (vgl. *Sakramentartypen*, S. 116), und 3.) der Libellus von Benediktbeuern, der für 3 Festtage die Perikopen *nach* den Sakramentartexten bringt (vgl. TuA 48: Dold, *Palimpseststudien II* S. 82*).

u. 261 von S). Diese beiden Messen beliess er nun an dem Platz der Vorlage trotz der vorgenommenen Auswechslung.

Ein weiterer Hinweis auf eine mittel- bzw. oberitalienische Vorlage unseres Fragments sind seine ausgeschriebenen Lesungen für die Feria IIII und VI (vgl. Sakramentartypen, S. 66 ff). Es gibt m. W. kein Plenarmissale, das nicht aus der genannten Gegend stammt und entsprechende Lesungen aufweist.

Wir kommen nun zum Schluss. Unser Doppelblatt geht allem Anschein nach auf einen Messbuchtyp zurück, wie er um 700 an der Grenze zwischen Ober- und Mittelitalien (wahrscheinlich in Ravenna) entstanden ist. Leider konnte bis jetzt keine weitere derartige Handschrift ausfindig gemacht werden, weshalb unserem Fragment besondere Bedeutung zukommen dürfte.

P. Alban Dold, O.S.B.

NOTAE

PROBLEMI ANTICHI E NUOVI DELLA «DIDACHÈ» IN UN RECENTISSIMO STUDIO

Diligenti examini subicitur a redactore huius notae volumen «Didachè» a J. P. Audet exaratum.

Etsi non omnia eius principia approbentur, investigandi tamen ratio accurata videtur et non parvi momenti pro critica. Praesertim prae oculis habendae sunt nonnullae conclusiones: quaedam correctiones faciendae in textu; interpretatio generis litterarii, ad quod «Didachè» pertinet; iudicium circa duos titulos necnon tempus quo libellus est conscriptus.

È forse un caso senza esempi, l'interesse suscitato dalla pubblicazione della *Didachè*, a pochi anni dalla scoperta del manoscritto (1883): già nel 1891 si contavano trecento, fra edizioni, traduzioni ed articoli. Anche se, col tempo, quell'interesse si è andato via via attenuando (la maggioranza dei critici non nasconde la propria diffidenza), esso è tutt'altro che tramontato. Ce ne offre la prova un recentissimo libro di J. P. Audet, pubblicato negli *Études bibliques* [1]. Già la grande mole dell'opera (pp. 512), rispetto alle modeste proporzioni del testo in esame (sedici brevi capitoli), è chiaro indizio delle intenzioni dell'A.: studio ampio ed esauriente. Mentre le sette pagine di bibliografia, fitte di nomi e di opere, con cui si apre il volume (pp. X-XVI), bene mostrano quale base informativa l'A. abbia dato alle sue conclusioni.

L'opera comprende tre parti: un'introduzione, suddivisa in otto capitoli (pp. 1-219); il testo della *Didachè*, con la traduzione a fronte (pp. 221-243); il commento (pp. 245-474). Chiudono il volume quattro indici (pp. 477-497). È ovvio che le due ultime parti rispecchiano le conclusioni, prospettate e discusse dall'A. nella introduzione. Su di questa, pertanto, attireremo di preferenza l'attenzione del lettore: d'altronde, i limiti di un articolo non consentono la trattazione diffusa di punti particolari. Eccone dunque uno schematico sommario.

1. - Analisi dell'opera

Cap. I (pp. 1-21). L'A. delinea cronologicamente l'evolversi delle opinioni dei critici, riguardo alla *Didachè*. Viene così ricordato il favore manifestato per essa da Harnack, che la riteneva derivante da fonti antiche ed in particolare dalla *Lettera*, detta di Barnaba; la data della sua composizione, perciò,

[1] Jean-Paul Audet, *La Didachè. Instructions des apôtres*, Paris, Lecoffre-Gabalda, 1958. In-8°, 512 pp.

veniva da lui fissata tra il 135/165 d. C., in Egitto. Secondo lo Zahn, invece, sarebbe Barnaba a dipendere dalla *Didachè*, il cui dettato, quantunque di mano illetterata, sarebbe troppo spontaneo, per derivare da altra fonte. Contro entrambi, J. A. Robinson ritiene la *Didachè* una finzione letteraria arcaizzante, composta verso la fine del II, o all'inizio del III secolo d. C. L'opinione ha avuto fortuna: la finzione sarebbe nata dal desiderio di accreditare, con uno scritto spacciato come apostolico, il movimento montanista (Connolly). Opera artificiosa, perciò, e di nessuna autorità. È il giudizio oggi comunemente seguito, salvo isolate eccezioni.

Cap. II (pp. 22-78). Vengono illustrate le fonti manoscritte: il ms. di Costantinopoli (*Hier.* 54), il cui testo è oggi comunemente in uso; il frammento papiraceo di Ossirinco; le versioni, copta, etiopica e georgiana; le *Costituzioni Apostoliche*. Dall'esame di alcune varianti, l'A. trae la conclusione che il testo corrente, offerto dal ms. *Hier.* 54, è generalmente buono ma non criticamente ottimo: non bisognerà cercarvi, pertanto, la perfetta esattezza nei particolari. Conclusione già affacciata pure da altri (E. Peterson).

Cap. III (pp. 79-90). Si passano in rassegna le testimonianze antiche sulla *Didachè*: lo pseudo-Cipriano (circa 300 d. C.), Eusebio (c. 315-325 d. C.), S. Atanasio (367 d. C.), lo pseudo-Atanasio (c. 500 d. C.), un elenco di libri canonici (c. 600 d. C.), Niceforo di Costantinopoli († 829) e Giovanni Zonara († 1120). Rileva l'A. che, nelle più antiche, il titolo dell'opera presenta la forma plurale: *Doctrinam apostolorum* (ps.-Cipr.); Διδαχαὶ τῶν ἀποστόλων (Eusebio). Forma mantenuta pure nell'elenco canonico.

Cap. IV (pp. 91-103). L'indagine verte ora sul titolo originario. Infatti, nel ms. *Hier.* 54, il testo reca due titoli: più breve il primo (Διδαχὴ τῶν δώδεκα ἀποστόλων), a cui segue un secondo più diffuso (Διδαχὴ κυρίου διὰ τῶν δώδεκα ἀποστόλων τοῖς ἔθνεσιν). Ora, osserva l'A., è acquisito il fatto che uno scritto, avente relazione con la *Didachè*, circolava originariamente senza titolo, venendo citato col solo *incipit* (in lat.: *Duae viae*); successivamente, esso compariva col titolo della *Didachè*, probabilmente: Διδαχὴ τῶν ἀποστόλων ma senza la specificazione δώδεκα. Poiché questa è ignorata pure dalle fonti più antiche, ritiene l'A. che si tratti di una glossa posteriore, analogamente a quanto si riscontra nella tradizione manoscritta neotestamentaria, dove ricorrono appunto titoli, via via più sviluppati. Il titolo primitivo, nella forma breve, sarebbe dunque: Διδαχαὶ τῶν ἀποστόλων. Ma è poi quello originale? L'A. ritiene di sì. Non lo persuade, infatti, l'ipotesi affacciata dal primo editore, Ph. Bryennios, ed avallata dallo Harnack, secondo la quale il primo titolo sarebbe un'abbreviazione del secondo. Rileva egli invece un particolare sintattico dimenticato: il nome κυρίου, che compare senz'articolo (τοῦ), nella forma lunga. L'A. vede nel fatto l'indizio probabile di un influsso giudaico: κύριος, cioè, non si riferirebbe qui a Gesù (ὁ κύριος), ma al Dio d'Israele che rivolge il suo 'ammaestramento' alle 'genti'. Quel titolo, preposto al *Duae viae* giudaico che ha ispirato al Didachista i primi capitoli della sua opera, sarebbe passato

anche in questa, come sottotitolo appunto della parte mutuata (Διδαχὴ κυρίου τοῖς ἔθνεσιν): il primo titolo sarebbe invece il titolo generale del libro; di qui, la forma plurale: 'Istruzioni'.

Cap. V (pp. 104-120). L'A. analizza gli elementi di cui risulta composto il testo. Rileva così l'esistenza di un certo numero di passi, in cui il discorso del Didachista si rivolge col verbo alla seconda persona plurale (*passages-vous*), mentre altri passi hanno invece il verbo alla seconda persona singolare (*passages-tu*). I primi sarebbero più semplici, mentre i secondi presenterebbero una certa minuziosità (*une tournure « casuiste »*), ed il carattere di un'aggiunta posteriore. Distingue egli perciò: una prima mano, quella del Didachista (capp. 1-11, 2), in cui ricorre il *voi* (*D*1); un'aggiunta successiva dello stesso Didachista, (lo stesso stile) nell'ultima parte (11, 3 - 16, 8) del testo attuale, meno i passi in cui ricorre il *tu* (*D*2); finalmente le interpolazioni seriori (I), rivelate dall'uso del *tu*. Ed ecco un secondo rilievo. Al gruppo *D*1 appartengono due passi in cui non si avrebbe un esplicito riferimento ad un vangelo scritto (ὡς ἐκέλευσεν ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ αὐτοῦ, 8, 2; καὶ γὰρ περὶ τούτου εἴρηκεν ὁ κύριος, 9, 5); mentre invece tale esplicito richiamo comparirebbe nel *D*2 (κατὰ τὸ δόγμα τοῦ εὐαγγελίου, 13, 1; ὡς ἔχετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, 15, 3; ὡς ἔχετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ κυρίου ἡμῶν, 15, 4), Di qui, la conclusione ch'egli ritiene certa (*inévitable*): *D*1 e *D*2 rappresentano momenti distinti nella redazione, dovuti però alla stessa mano. Gli è possibile pertanto individuare il genere letterario proprio della *Didachè*. Lo Harnack ricavava questo dal titolo nella forma sviluppata, e riteneva trattarsi di una eco della predicazione dei Dodici; mentre il Robinson, sempre in base a quel titolo, vi riconosceva una finzione pseudo-apostolica. L'A., invece, offre una nuova interpretazione: il Didachista non avrebbe un riferimento agli Apostoli (il titolo originario non recava: « dei dodici »), ma agli uomini apostolici, mandati (« apostoli ») dalle chiese madri a visitare di tempo in tempo le cristianità periferiche, per rinsaldarle nella fede e nella morale cristiana, custodendo le tradizioni ricevute. Nella *Didachè*, uno di tali « apostoli » avrebbe riassunto per iscritto le « Istruzioni » ch'egli lasciava appunto alle cristianità visitate: spunti morali (*Duae viae*), catechetici ed organizzativi (distinguere i veri dai falsi profeti). La prima stesura (*D*1) sarebbe stata da lui completata successivamente (*D*2); un interpolatore (I) avrebbe poi introdotto le aggiunte posteriori.

Cap. VI (pp. 121-186). L'opinione oggi più comune fra gli studiosi, ritiene che la *Didachè* dipenda dalla *Lettera* di Barnaba, dal *Pastore* di Erma e dal *Nuovo Testamento*: l'A. si domanda se tale dipendenza sia dimostrata. Anzitutto, l'esame del rapporto *Barnaba-Didachè*, oggi asserito in base all'esistenza, in entrambi, di una parte parenetica affine (*Duae viae*). L'indagine fa escludere all'A., che in *Barnaba* questa sia un'aggiunta posteriore, o che l'estensore della *Lettera* l'abbia scritta senza dipendere da fonti precedenti. Così pure, per la *Didachè*, è sua opinione che l'autore abbia parimente utilizzato una

Baptistae et Iesu, pertinere probat ex parallelismo cum formis in documentis qumramicis recensitis (pp. 415-423).

34. P. E. Schramm de globo imperiali disserens, ait eum ut figuram terrae, factum esse symbolum dominationis et cum eo imperatores sive romanos sive byzantinos, necnon reges Germanorum et postea rectores Sacri Romani Imperii et reges ipsos occidentales, effictos esse in imaginibus. Henrico II regnante (1014) iam reapse ab imperatore vivo manu ferebatur et Henrico VI a Caelestino III (1191) in coronatione revera collatus fuit, tandem in coronatione Henrici VII (1311) ritus collationis huiusmodi globi Ordinibus inseritur. Interea globus in pomi formam immutatus est et saepe primordialem significationem amisit (pp. 425-443).

35. M. Simon asserit inspirationem artis sculptoriae christianae primitivae non esse originalem, sed christianisationem motivorum paganorum praesertim f ebrium (pp. 445-456).

36. C. Vogel, ut praeparationem ad editionem integram, recenset, comparat et in ordinem chronologicum et logicum redigit 16 manuscripta opusculi, ab Ioanne diacono sub Alexandro III (1159-1181) compositi et describentis ecclesiam lateranensem (pp. 457-476).

37. Tandem, A. Wenger notam facit sat singularem rem, magnum scilicet et celebrem metropolitam kiovensem Petrum Moghila (1596-1646) in novo rituali, ab ipso composito, plura e Rituali latino Pauli V et e Theologia Tridentina imitatum esse (pp. 477-499).

V. Raffa, F.D.P.

Breviarium Lincopense, ed. Knut Peters (†), Indicem fecit Karl-Erik Wallin. Laurentius Petri Sällskapets Urkundsserie V:1-V:4:2. Lund 1951-58. 916 + 190 pp. 105 coronas sueticas. *Burträsk* (Suecia), apud Laurentium Petri Sällskapet, Box 427.

Breviarii Lincopensis, anno 1493 Henrico Tidemanni episcopo, cura Georgii Stuchs in Nurinbergensium oppido impressi, solummodo sex exemplaria praeservata sunt, eaque omnia mutila. Nunc nobis Dns Peters (†) novam editionem huius operis donavit, editionem quidem perutilem et magni ponderis.

Secundum consuetudinem in Suecia non ignotam, Breviarium Lincopense non solum textum breviarii, sed etiam partes manualis et missalis continet. In ipso breviario traditio quaedam Medii Aevi, similis aliis traditionibus dioecesium septemtrionalium, non autem sine suis notis peculiaribus, exstat. Notandum est quod responsoria ad vesperas exstant et ubi in hebdomada paschali non itur ad fontem vespere, « Kirieleyson » (sic) initio vesperarum dicantur.

In parte manualis variae benedictiones inter quas benedictiones pomorum et herbarum « in die assumptionis Mariae », quae etiam in breviariis Roschildensis et Slesvicensis ecclesiae inveniuntur, observandae sunt. Pars missalis, inter alia, ordinarium missae cum aliquibus formulariis missarum votivarum per hebdomadem dicendis continet, scilicet de Trinitate, de Angelis, de Spiritu Sancto, pro defunctis, de Corpore Christi, de Sancta Cruce et de Domina.

Haec autem nova editio non tam magni ponderis esset, si non etiam variis indicibus ornata fuisset. Tres sunt partes indicum: index breviarii, manualis et missalis, et in parte prima octo capitula inter quae indices antiphonarum, benedictionum, homiliarum, et lectionum, hymnorum, prosarum et sequentiarum. Et in his indicibus omnia verba Sacrae Scripturae relata quae in antiphonis, responsoriis etc. invenimus, diligenter annotata sunt, quod prius numquam factum fuerat. Ideo haec editio non solum iis qui liturgiae suecanae operam dant, sed omnium quorum studium breviarii intersit tam utilis est ut id nemo possit praeterire.

Eric SEGELBERG

Aet. FRANCESCHINI - R. WEBER, *Itinerarium Egeriae* (= « Corpus Christianorum » Ser. Lat.[1], excerptum ex t. CLXXV). Turnholti, Typ. Brepols. In-8°, 1958 (cm. 16 x 26), 1 tab. phototyp., 27-106 pp.

De nova agitur illius opusculi editione quod communius *Peregrinatio* inscribitur: *Itinerarii* autem titulum, *Egeriae* nomine critice restituto, cl. Auctores ex antiquis fontibus desumunt. Textum Aetius Franceschini, apud Mediolanensem catholicam universitatem professor, priore iam editione[2] recognita, docte curavit, unam si excipias coniecturalem lectionem[3] eius collegae tribuendam; criticum vero variarum lectionum testiumque conspectum Robertus Weber diligenter apparavit. Quorum cura atque lucubratio non ignaris viris proculdubio laudanda videbitur. Habes enim in praefatiuncula (pp. 29-30) palaeographicas quasdam et historicas notitias de fontibus ex quibus textus et apparatus depromitur. Subit bibliographicus index (pp. 31-34): re vera, editionum, translationum et dissertationum quae praebetur series, ad recentissima usque operae obtenditur. Deinde textus traditur (pp. 35-90): fontium paginae in margine recensentur; in calce, vero, sacrae citationes annotantur, parallela testimonia integre referuntur, addito insuper critico lectionum apparatu. Denique, appendicis instar, quaedam fontium loca, Roberti Weber cura, critice eduntur (pp. 91-103): rerum index omnia complet (pp. 105-106).

---

[1] De qua collectione a PP. O.S.B. abbatiae de Steenbrugge edita, videsis *Ephem. lit.* 67 (1953) 389. Excerptum, ut editores monent, scholarum prodit in usum.

[2] E. FRANCESCHINI, *Aetheriae Peregrinatio ad loca sancta* (= Testi e documenti di storia e di letteratura latina medioevale, fasc. II). Padova, 1940.

[3] Agitur de lectione *Itinerarii*, 28, 4, *quid liberari*, prout in Aretino codice habetur, quam omnes hucusque editores emendare conati sunt (cf. appar. *ed. cit.*, p. 75). Eam autem Weber ita conicit castigandam: *quid libari* (p. 75, 21), lectorem remittens ad « notam in *Vigil. Christ.* 1958 edendam ». Quae re vera iam prodiit (cfr. R. W., *Note sur « Itinerarium Egeriae », XXVIII, 4*, in *Vigiliae Christianae*, 12 [1958] 93-97). Sane, ut et ipsi videtur, proposita emendatio difficultate non vacat: quin etiam, nec eius collega eam utique probat (cf. *ed. cit.*, appar., p. 75; W., *art. cit.*, 94, nota 4). Sed disceptationem doctis viris relinquimus dirimendam, hoc unum in votis habentes, ut futurae opusculi editioni quaedam hac de re appendicula apponatur critica, ne lector declarationem textus ab editore oblati alibi quaeritare cogatur.

Dignum, quippe, et laude et aemulatione opus, eo vel magis quod scholarum in usum seorsim editur, studiosis adulescentibus exemplar et stimulus. Pauca tamen hic liceat subicere, ut perfectius in posterum evadat. De brevissimo illo rerum indice imprimis sermo. Etenim, cum varias res *Itinerarium*, ad historiam, liturgiam, grammaticam pertinentes respiciat, optandum est ut ea doctis viris subsidia non desint, quibus studiorum profectus maxime iuvetur, alphabetici scilicet, tum verborum locutionumque, tum nominum rerumque notabilium indices, ut par est, copiosi. Alteram quoque mendulam castigandam censeo, barbaram illam inquam locutionem, qua translatio quaedam haud composite « italiana » (pp. 32) nuncupatur: vix enim vocem concinna Auctorum latinitate dignam dixeris. Brevis denique notula de bibliographici indicis ordine, in quo Auctorum benevolentia meum etiam articulum de « Missae » verbi origine, cum operibus « De liturgia Hierosolymitana » (p. 34), commemorat [4]. Verum, de re quidem illic agitur, sed obiter tantum, cum, contra, de argumentis philologicis tota sit disputatio: quod idem, ut mihi videtur, de docti viri Antonini Pagliaro dissertatione (*ibid.*) [5] dicendum. Alibi ergo opuscula opportunius recensenda puto.

Angelus Coppo, C. M.

Benedict Steuart, O.S.B., *Lineamenti di storia della liturgia cristiana.* Brescia, Morcelliana, 1957. In-8°, 326 pp.

Domus editorialis Morcelliana vertendam curavit in linguam italicam editionem anglicam huius opellae, cuius recensio iam in his *Ephem. lit.* facta est (68 [1954] 180-181).

Agitur de conspectu generali historiae liturgiae. In priore parte tractatur de Sacrificio Missae; in altera de Officio divino et de anno liturgico. Sex adduntur appendices: 1) de Sacrificio et Missa; 2) de SS.mi Sacramenti custodia; 3) de devotione erga SS.mum Sacramentum; 4) textus latinus deprecationis Papae Gelasii; 5) textus duarum precum eucharisticarum Italiae Septemtrionalis; 6) de Vigilia paschali instaurata.

Finis operis est praebere tam sacerdotibus quam laicis catholicis possibilitatem discendi liturgiam: saepius enim deest illis tempus legendi magna volumina tractantia de rebus liturgicis.

Gerald Ellard, S.I., *The Mass in Transition.* Milwaukee, The Bruce Publishing Company, 1956. In-8°, X-387 pp.

Abhinc decem annos, Rev.mus Ellard publici iuris fecerat librum de « Missa futuri temporis » tractantem [6]. Interiecto decennio actuosae vitae liturgicae, hoc opus non amplius correspondebat veritati, quia ab anno 1947, post editas Litt.

---

[4] A. Coppo, C.M., *Una nuova ipotesi sull'origine di « Missa »*, in *Ephem. lit.*, 71 (1957) 225-267.

[5] A. Pagliaro, *Da* Missa est *a* Missa *'Messa'*, in *Atti dell'Accademia Nazionale dei Lincei*, 10 (1955) 104-135. Su di esso, cf. art. ora citato, p. 225 segg.

[6] *The Mass of the Future*, 1948.

Encycl. « Mediator Dei », multa et magni momenti documenta a S. Sede emanata sunt et novae res invectae sunt in regionem liturgicam.

Auctor non poterat simpliciter parare novam editionem, sed priorem funditus revisit, retentis tantummodo nonnullis ad novum scopum aptis. Tamen in libro titulus mutatus est et « Missa futuri » vocata est « Missa in transitu », quasi adhuc Missa sit « in itinere » et quaerat firmitatem.

Opera non est ergo simplex collectio documentorum indolis practicae, sed ornatur nota spiritualitatis: documenta enim inde ab a. 1903 eo tendunt ut christifidelis fiat actuosus particeps Sacrificio Missae et pariter ut clerus suo munere pastorali fungatur iuxta Ecclesiae vota.

Sic fideles et sacerdotes, membra eiusdem Corporis Christi, melius agnoscent suam dignitatem, suum locum in Ecclesia, unitatem provenientem ex participatione eorumdem sacramentorum, praesertim SS.mae Eucharistiae, quae est « sacramentum unitatis ».

Documenta viginti capitibus continentur. Unumquodque caput explanatur in evolutione historico-iuridica ad mentem Ecclesiae et in fine uniuscuiusque capitis additur ampla et duplex bibliographia: *a*) documentorum ecclesiasticorum et *b*) generalis seu auctorum de hoc peculiari argumento tractantium.

Capite vigesimo referuntur: I) documenta ordine chronologico, novissimis quinquaginta annis a Summis Pontificibus Pio X, Benedicto XV, Pio XI et Pio XII editis; II) acta praecipua motus liturgici (documenta episcopalia, congressus liturgici, studia, etc.) idem argumentum respicientia.

BISAGNI M.

Beda M. MORAGAS, O.S.B., *La Missa síntesi de la vita cristiana*. Montserrat (Barcelona), Abadia S. Maria, 1958. In-8°, 148 pp.

Nostra aetate, videmus populum minus christianum fieri; quare, huic malo partim remedium apponere cupiens, A. paravit praesentem opellam ut ei denuo detur conscientia vitae supernaturalis, quum principia fundamentalia religionis plus minusve contineantur in Sacrificio Missae.

Non utique habetur hic expositio theologica Missae, nec inquisitio historica rituum, sed potius initiatio ad doctrinam S. Missae, quam Auctor coniungere satagit cum gestibus communitatis et ritibus praecipuis celebrationis.

S. Missa consideratur ergo tamquam synaxis christiana, participatio populi, sacrificium laudis, liturgia verbi, offertorium, mysterium fidei, eucharistia (= gratiarum actio), convivium familiae christianae, caritas fraterna, communio.

J. A. JUNGMANN, S. I., *La celebrazione liturgica*. Strutture, leggi e storia della liturgia. Milano, « Vita e Pensiero », 1958. In-16°, 120 pp.

Sufficiat hic certiores lectores facere de versione italica huius opellae, lingua germanica editae et translatae in linguam gallicam [1].

---

[1] *Die liturgische Feier* (a. 1939); *Les lois de la célébration liturgique* (1957), in *Ephem. lit.* 71 (1957) 209-210.

Auctor intendit studere legibus styli liturgiae Ecclesiae, ac formularum praecipuarum sub influxu harum legum; monstrare etiam quomodo themata fundamentalia fidei christianae invenire possint expressionem vivam in evolvendo liturgiam et basim solidam verbi divini concioni praebere.

BISAGNI M.

1. *The Rites of Holy Week. Ceremonies, Preparations, Rules for Holy Week Music, Commentary* by FREDERICK R. McMANUS. Paterson (N. J.), St. Anthony Guild Press, 1957. In-8°, VIII-152 pp.

2. *Pontifical Rite of the Restored Order of Holy Week* by FREDERICK R. McMANUS. Paterson (N. J.), St. Anthony Guild Press, 1958. In-8°, 42 pp.

1. Auctor reimprimit suum Caeremoniale Hebdomadae sanctae, cuius laudes diximus in *Ephem. lit.* (71 [1957] 130-131). Haec editio ad diem producitur quoad S.R.C. decreta et dispositiones novissimas, incluso etiam *Motu proprio* diei 19 martii 1957 « Sacram communionem ».

Hac expositione operario liturgico tribuetur possibilitas, etiam in rebus practicis cultus divini, adlaborandi in « opus Dei » et sanctificandi populum fidelem sanctioribus diebus anni liturgici.

2. Editione opellae « Ritus Pontificalis Ordinis Hebdomadae sanctae instaurati » (die 15 febr. 1957) S. Rituum Congregatio perfecit restaurationem liturgicam huius Hebdomadae, tribuens etiam ecclesiis cathedralibus modum digne et tuto celebrandi mysterium paschale.

« Ritus Pontificalis », quo nunc substituitur in hac parte Caeremoniale episcoporum (lib. II, cap. 21-28), refertur per integrum lingua anglica, absque commentario, quia ex se sat est clarus. Attamen Auctor opportunum duxit nonnulla praemittere circa usum huius expositionis, circa episcopum tamquam celebrantem et circa usum quorundam verborum.

Peculiares animadversiones habentur circa: Dominicam II Passionis, Officium tenebrarum, Feriam V in Caena Domini, Feriam VI in Passione et Morte Domini et Vigiliam pascalem.

I. B.

Wilhelm LURZ, *Die neuen Rubriken des Missale Romanum*. München, Franz X. Seitz, 1958. In-16°, XV-206 pp.

Haec altera editio (cfr. recensionem prioris in *Ephem. lit.* 66 [1952] 388) prodiit fere in omnibus perfecta post decreta S.R.C. de rubricis generalibus ad simpliciorem formam redigendis (23 martii 1955) et de novo Ordine Hebdomadae sanctae (16 nov. 1955).

Dixi « fere », quia, statim ac in lucem venit praesens opella, a S.R.C. emanata fuit « Instructio de musica sacra et sacra liturgia » (3 sept. 1958): at necessariae aptationes et correctiones faciliter fieri possunt a lectore.

In sex capitibus omnes rubricae clare exponuntur: I. Diversae species Mis-

sae; II. Missae secundum commemorationem festi vel feriae; III. Missae votivae divisio iuxta obiectum (personam, mysteria, sanctos, etc.) et iuxta characterem festivum (Missas votivas festivas, privilegiatas, privatas); IV. Missae defunctorum; V. Partes variantes Missae; VI. Missa et annus liturgicus.

Peculiari cura A. describit ritus Hebdomadae sanctae in commodum praesertim pastorum animarum, sed etiam laicorum, ut ad « uberiores fructus ex viva participatione sacrarum caeremoniarum percipiendos securius ducantur » (*Instr. de Hebd. sancta*).

Quamvis expositio praecipue practica sit, tamen hic illic inveniuntur nonnullae explanationes historicae rituum et dantur monita pro ministerio pastorali (cfr. p. 148 quoad sic dictum « sepulcrum Domini » feriae V in Cena Domini; p. 150 quoad sic nuncupatam « Missam Praesanctificatorum »).

I. B.

A. Fortescue - J. B. O'Connell, *The Ceremonies of the Roman Rite described*. New Edition revised and enlarged. London, Burns Oates & Washbourne Ltd., 1958. In-8°, 428 pp.

Decima editio operis « Caeremoniae ritus romani » testimonium reddit eius bonitatis, qua re gratulamur Rev. O'Connell, qui huic praecellenti muneri, scilicet rectae exsecutioni cultus divini, abhinc plurimos annos tam assidue et scite dat operam.

Res sacrae pro dolor! non semper illo decore tractantur et praescriptiones sanctae Ecclesiae, sicut etiam ex Monito S. Officii compertum est (die 14 febr. 1958), negliguntur.

Caeremoniae sunt pars sacrae liturgiae, ideoque valde aestimandae sunt et sedulo servandae. Pius XII, v. m., scripsit: « Alacriter igitur consulite ut adolescens clerus, cum ad asceticas, theologicas, iuridicas ac pastorales disciplinas instituitur, ita etiam concordi ratione conformetur, ut sacras caeremonias intelligat, earum maiestatem pulchritudinemque percipiat easque normas diligenter addiscat, quas rubricas vocant » (*Mediator Dei*: in *Ephem. lit.* 67 [1948] 56*). Et Supremus Pastor explicat quomodo recta exsecutio caeremoniarum multum iuvet ad sanctitatem ipsius sacerdotis: « Idque non modo culturae causa, non ea solummodo ratione, ut debito ordine, decore dignitateque sacrorum alumnus religionis ritus peragere aliquando valeat, sed ea praesertim, ut arctissima cum Christo sacerdote coniunctione devinctus educetur, ac sanctus fiat sanctitatis administer » (*ibid.*).

Peropportune in capite voluminis ponit Auctor verba S. Scripturae: « Omnia autem honeste et secundum ordinem fiant » (I Cor., 14, 40) et adagium S. Augustini: « Quod minimum, minimum est, sed in minimo fidelem esse, magnum est » (*De doctrina christiana*, IV, n. 35).

Nova editio revisa iuxta recentiora documenta S. Sedis (habita ratione, etsi non in omnibus, etiam recentioris Instructionis S.R.C. de musica sacra et sacra liturgia) continet expositionem caeremoniarum, quae occurrere possunt in maio-

ribus et minoribus paroeciis, praecipuas functiones pontificales, directorium pro administrandis sacramentis.

In quinque partibus tota materies exponitur: I. Principia generalia caeremonias respicientia (pp. 23-53) et tractatur de ecclesia eiusque supellectili, vestimentis, vasis, instrumentis liturgicis et libris. In II parte agitur de Sacrificio Missae (pp. 57-203) et exponuntur caeremoniae diversarum specierum Missarum. In III parte (pp. 207-254) functiones vespertinae inveniuntur ubi praeter vesperas communes et pontificales, describitur benedictio et expositio SS. Sacramenti. Caeremoniae Hebdomadae sanctae instauratae diffusius illustrantur (pp. 271-329) in IV parte (pp. 257-329), ubi tractatur de anno liturgico.

Caeremoniae sic dictae « occasionales » habentur in parte V (pp. 337-423) et hic O'Connell exponit diffuse quae generatim brevius fit ab aliis auctoribus: sic visitatio canonica, caeremoniae Ritualis Romani, exsequiae, etc.

Habemus ergo promptuarium completum ad usum non tantum parochorum, qui in magnis paroeciis sufficientem clerum habent, sed etiam paroeciarum minorum, ubi non semper clerus praesto est ad sacros ritus peragendos.

Rev. O'Connell in re liturgica, praesertim practica peritus et bene meritus, haec omnia magna cura et amore exponit, multa explicans in notis auctoritate nisus decretorum et auctorum probatorum.

Haec diligentia apparet vel in minimis, v. gr. pag. 90 (nota 1). Iuxta rubricas, fideles qui assistunt Missae lectae (non « dialogatae ») flectere debent dum celebrans dicit *Credo*; sed A. tenet fideles posse etiam stare; hoc tamen non concedit ministranti, qui genuflexus manere debet dum sacerdos *Credo* recitat. Sed Instructionem S.R.C. de musica sacra interpretantes, nos putamus ministrum (qui solus assistit Missae) vere actioni sacrae intimius participare ideoque posse stare et sic quam maxime celebranti conformari.

Pag. 243, agens de benedictione cum SS. Sacramento, iuxta Instructionem S.R.C. de musica sacra, affirmat vere esse actionem liturgicam illam partem quae *Tantum ergo, Oremus* et benedictionem comprehendit: impertienda ergo est iuxta Rituale Romanum (*tit. X*, cap. V, n. 5).

In proxima editione addi potest, ubi agitur de benedictione Cinerum (pag. 268, nota 3) facultas S.R.C. (diei 5 febr. 1958) iterandi earum benedictionem in Missa vespertina (cfr. *Ephem. lit.* 72 [1958] 133-134).

Pars quae ad laicos pertinet, v. gr. participatio in Missa, bene tractatur et hoc optime quidem: etenim per apostolatum et motum liturgicum fideles magis magisque agnoverunt suum locum in liturgia.

Libenti animo et nos hoc opus commendamus, cuius Auctor merito numerari potest inter « Auctores probatos » [1].

I. Bellocchio, C.M.

---

[1] Alia opera Rev. O'Connell: 1) *How to serve Mass* (1928); 2) *The Clementine Instruction* (1949); 3) *The celebration of Mass* (1940, 1942, 1956); 4) *Church Building af Furnishing* (1955); 5) *Simplifying the Rubrics* (1955); 6) *The Ceremonies of Holy Week* (1957); 7) *The restored Order of Holy Week* (1957).

Gerard MONTAGUE, *Problems in the Liturgy*. Dublin, Browne & Nolan Limited, 1958. In-8°, XVI-451 pp.

In munere pastorali exercendo pluries exoriuntur difficultates, quas animarum pastores saepe solvere nequeunt, ob defectum temporis, praesertim quoad rubricas satis complexas.

Auctor in volumen collegit quae iam in commentario « Irish Ecclesiastical Record », annis praeteritis, publici iuris fecerat.

Finis est practicus, sed firmum habet fundamentum in rubricis et in sententiis auctorum in hac re peritorum. Saepius dantur breves notitiae historicae iuxta recentiora studia: confer, v. gr., quae dicuntur de historia Missae in Feria V in Cena Domini (p. 229), de interpretatione verborum « Exsultent divina mysteria » (p. 233), etc.

Methodus ab A. adhibita est, ut ita dicam, scholastica. Hac ratione, quae ad liturgiam sub aspectu practico pertinent, recto ordine tractantur.

Opus in sex partes dispescitur: I. De Missa (pp. 1-116); II. De SS. Sacramento: de rubricis communionem, benedictionem et reservationem spectantibus (pp. 117-153); III. De sacramentis et sacramentalibus (pp. 154-209); IV. De anno liturgico (festivitatibus peculiaribus, devotionibus seu piis exercitiis) et de Officio divino (pp. 210-299); V. De ecclesia eiusque ornamentis (pp. 300-366); VI. De indulgentiis (pp. 367-442).

Nonnulla, ut patet, corrigenda nunc sunt ad mentem Instructionis S.R.C. de musica sacra et sacra liturgia (3 sept. 1958).

Rev. Montague, professor liturgiae in Collegio S. Patricii (Maynooth), hac collectione non tantum suis discipulis, sed etiam sacerdotibus, praebuit medium conveniens solvendi multa problemata liturgica et ita rite fungendi munere sacerdotali in sacris functionibus.

BISAGNI M.

Corrado MORETTI, *L'Avvento. Meditazioni quotidiane per laici dalla prima Domenica di Avvento alla vigilia di Natale*. Fossano (Cuneo), Edizioni Esperienze, 1958. In-16°, 122 pp.

Gratulamur ex imo corde Auctori de hac opella continente meditationes pro tempore Adventus, in commodum fidelium, qui hoc sacrum tempus iuxta liturgiam vivere desiderant. Cum praecedentibus [1] et aliis quae parantur, certi sumus completum opus perutile fore non tantum fidelibus, sed etiam sacerdotibus.

Hae viginti octo meditationes seu potius contemplationes ex lectionibus et precibus Missalis et Breviarii inspiratae sunt. Methodus procedendi in expositione simplex, sed efficax est: Auctor inducit lectorem ad audiendum Dominum Iesum Christum (= *Ascolta Gesù*); refert evangelium diei; deinde horta-

[1] *La nostra Pasqua* (*Ephem. lit.* 71 [1957] 358); *La Quaresima* (*Ephem. lit.* 72 [1958] 454). Paratur nunc materia pro Adventu 1959: *Il Tempo di Natale*.

tur ad auscultandam Ecclesiam (= *Ascolta la Chiesa*) et praebet epistolam vel commentaria Patrum et in fine invitat fideles ad contemplandum mysterium (= *Contemplazione*) ac refert verba e liturgia: responsoria, antiphonas, etc.

Editio ratione editoriali eleganter praesentatur.

I. B.

E. Flicoteaux, *Feste di gloria*: *Avvento, Natale, Epifania*. Pescara, Edizioni Paoline, 1956. In-16°, 190 pp.

— *Il senso della Quaresima*. Ibid., 1957. In-16°, 166 pp.
— *Il trionfo di Pasqua*. Ibid., 1957. In-16°, 158 pp.
— *L'irraggiamento della Pentecoste*. In-16°, 164 pp.

Defletus liturgiae « cultor et amator » P. Flicoteaux (cfr. *Ephem. lit.*, pag. 50 huius fasc.) reliquit quatuor opuscula illustrantia annum ecclesiasticum, quae considerari possunt tamquam « annus liturgicus » Proprii de Tempore.

Haec volumina, quamvis habeant solidum fundamentum historicum et theologicum, non sunt scripta in commodum peritorum, sed praecipue pro fidelibus.

Motus liturgicus paulatim in animos populi penetrat atque illum illuminat de necessitate se bene praeparandi ad celebrandas festivitates liturgicas.

Festa christiana non sunt tantum piae commemorationes historicae vitae terrenae Domini: « in omni enim actione liturgica praesens est Christus » (Pius XII).

Non possumus longius loqui de his omnibus, quae A. tractat sub aspectu historico, liturgico et ascetico.

Peropportune affirmat Pater Flicoteaux tempus paschale magni momenti esse non solum quatenus in eo celebratur mysterium paschale, sed etiam utpote illud sensim nos disponit ad celebrandum descensum Spiritus Sancti; item asserit Pentecosten habendam esse tamquam festum necessarium et gloriosam consummationem operis redemptionis.

Haec quae dicuntur de Pentecoste, etsi minus nota fidelibus, habent peculiarem influxum in totam Ecclesiam et in singulas animas fidelium.

In 1° volumine tractatur de sensu, seu significatione Adventus (de Adventu Domini, de exspectatione et de praecursore, de B.M.V., de gaudio et de glorioso mysterio Nativitatis Domini), de Epiphania Domini (liturgia, mysterio, Magis, seu gentium vocatione ad fidem, celebratione et splendore liturgico festi). In appendice, valde opportuna et cara cordi fidelium habetur epiphania, seu manifestatio, B. Mariae Virginis ad nuptias Canae et praesentatur tamquam « sponsa Christi ».

In 2° volumine disserit Auctor, in prima parte, de praeparatione ad festum Paschatis (de Septuagesima, de natura et fine et de mysterio Quadragesimae, de purificatione cordis et de progressu spirituali; in secunda parte de exercitiis pietatis (precibus, ieiunio, operibus piis, etc.); in tertia demum de Quadragesima et de quatuor temporibus.

In 3° volumine illustrat: 1) spiritum temporis paschalis sicut ex precibus et symbolis liturgiae elucet; 2) vigiliam paschalem; 3) diem Paschae eiusque octavam.

In 4° volumine agit Auctor de tempore praeparationis ad festum Pentecostes, de eius solemnitate et de Spiritu Sancto deque vita Ecclesiae.

I. B.

Ferdinand KOLBE, *Hinauf nach Jerusalem, 74 Messansprachen fuer die Sonntage und Wochentage von Septuagesima bis Ostern*. Trier, Paulinus-Verlag, 1958, 120 pp. - 5, 80 DM.

Ordine Hebdomadae Sanctae instaurato, veritates istius Hebdomadae denuo magis magisque influxum centralem in vitam christianorum exercere necesse est. Ad hunc finem obtinendum, tempus antequadragesimale et quadragesimale sint oportet quasi exercitia spiritualia populi christiani. Opus recensitum huic intentioni feliciter servit. Sub titulo « Ecce ascendimus Ierosolymam » (Domin. Quinquages.) 74 breves homilias continet a dominica Septuagesimae usque ad vigiliam paschalem quotidie intra Missam habendas. Hic modus agendi nequaquam demovere intendit conciones quadragesimales usitatas, de quibus ad calcem libri breviter disseritur. Homiliae hic in quaestione sint oportet et revera sunt: breves, concinnae, mystagogicae. In his allocutionibus homines moderni accommodate evocantur ad « ieiuniorum veneranda solemnia » et ad Paschatis beatum gaudium. Hae homiliae ex corde profluunt, corda attrahunt. Cum homiliarum huius generis exempla adhuc raro publicentur, sacerdotes « qui curam animarum gerunt et variis in dies apostolatus officiis onerantur » libello pretioso praeiacenti cum fructu utentur.

B. PUSCHMANN, S.A.C.

Henri JENNY, *Le mystère pascal dans l'année chrétienne*. IV édit. revue et augmentée. Paris, Equipes Enseignantes (18, Rue Ernest-Lacoste), 1958. In-16°, 172 pp.

Mysterium paschale est centrum liturgiae, quod toto anno liturgico paratur, evolvitur et continuatur.

Cyclus Natalis Domini ordinari debet in sensu motus paschalis: est enim « praesentatio » personae Christi, cuius actus redemptivus salvabit mundum (pp. 29-30); mysterium redemptionis et Ecclesiae iam implicite continetur in Adventu Filii Dei.

Pascha praesentatur tamquam sol totius anni liturgici: mysterium et festum paschale in tota expositione ita revocantur, examinantur ut animus lectoris persuasum habeat: esse christianum idem valere ac esse hominem Paschatis; idem esse ac credere eventui paschali, penetrare in mysterium paschale, vivere in communitate paschali (p. 10).

Haec prae oculis habens Auctor mysterium paschale considerat in diversis temporibus anni liturgici. Ad hanc veritatem inveniendam Ecclesia nos ducit, in manibus nostris ponens Missale Romanum, quod qualibet hebdomada divitias suas pandit in mensa communi, scilicet in Eucharistia.

BISAGNI M.

Jean GAILLARD, O.S.B., *Le solennità pasquali. Itinerario liturgico per la quindicina pasquale* (= Liturgia e vita cristiana, 1). Catania, Edizioni Paoline, 1958. In-16°, 238 pp.

Auctor adiuvare cupit christianos ad fructuose celebrandum duas praecipuas hebdomadas anni liturgici, scilicet Dominicam II Passionis seu in Palmis et Octavam Paschae.

Cum iam de editione gallica in nostro commentario recensio facta sit (*Ephem. lit.* 71 [1957] 211), satis erit hic adnotare Auctorem sapienter unire historiam rituum, partem pastoralem et asceticam, ita ut animus lectoris illuminetur afflatu divino et desiderio flagret haec sancta mysteria intimius vivere cum Ecclesia.

Editio italica est accurata; nitida eius vestis typographica.

I. B.

Louis BOUYER, de l'Orat., *La vie de la liturgie. Une critique constructive du mouvement liturgique* (= Lex orandi, 20). Paris, Ed. du Cerf, 1956. In-18°, 332 pp.

Praelectiones habitae a Rev. P. Bouyer in Universitate « Notre-Dame » (USA) et collectae in volumen lingua anglica [1] translatae sunt in linguam gallicam.

Hae collationes (quae sunt XIX capita operis) quid unum efformant et illustrant quid sit motus liturgicus.

Incipiens a definitionibus incompletis liturgiae tempore « barochi » et « romanticismi » (quando liturgia habebatur « forma officialis cultus *externi* Ecclesiae ») describit A. deviationes inde provenientes, determinans quomodo liturgia traditionalis evoluta sit, usque ad definitionem liturgiae datam ab Encycl. « Mediator Dei ».

Ad hoc consequendum utitur Auctor argumentis oblatis non solum ab inquisitionibus liturgicis, sed etiam a studiis biblicis, theologicis. Delineat postea historiam motus liturgici in quibusdam nationibus, distinguens modo peculiari opus rev.mi Patris Baudouin eiusque influxum magni momenti in hac re.

A capite sexto et deinceps conatur P. Bouyer statuere seu potius construere theologiam liturgiae iuxta traditionem catholicam, determinans relationem li-

[1] *Liturgical Piety*. Notre Dame (Indiana, USA), 1954. In-8°, 294 pp.: cfr. recensionem in *Ephem. lit.* 70 (1956) 293-294.

turgiam inter et mysterium, corrigens doctrinam O. Casel quoad mysteria iuxta theologiam paulinam.

Tractat de oeconomia lectionum scripturalium in antiqua Ecclesia, demonstrans quomodo, per actiones gratiarum verbi Dei, descendat super populum actio salvifica ex parte Dei in Sacrificio Christi.

Ad mysterium eucharisticum tendunt omnes caeremoniae Missae, et cetera sacramenta, benedictiones, annus liturgicus; ab illo apparet melius intimum ligamen intercedens inter duo munera sacerdotis: verbi praedicatio et sacramentorum administratio.

Mysterium Christi, semper praesens et actuosum in liturgia, potest monstrare suam actuositatem in tota vita christiana; et sacra liturgia praebebit fidelibus vim seu gratiam testificandi, ante faciem mundi, mysterium eorum mortis et resurrectionis in Christo (p. 316).

Bisagni M.

J. Van Agt, *Jeûne eucharistique. Jeûne et abstinence.* Prescriptions conformes aux derniers décrets de Rome. Mulhouse, Salvator, 1958. In-16º, 80 pp.

Haec brevis summula in duas partes divisa exponit historiam et leges ieiunii eucharistici ac ieiunii et abstinentiae, iuxta recentiora documenta.

In priore parte narratur historia institutionis legis ieiunii eucharistici auctoritate Ecclesiae, quae inducta est ad eam decernendam: 1) ad auferendos abusus iam a S. Paulo (I Cor., 1, 11) denuntiatos; 2) ad tuendam reverentiam erga Corpus Christi; 3) ad obtinendam et augendam recollectionem et pietatem communicantium; 4) ad exercendam paenitentiam et implorandam propitiationem a Domino: nam Eucharistia est « memoriale mortis Domini ». Haec lex ieiunii immutata permansit in suo robore usque ad saec. XX.

In altera parte agens de lege ieiunii et abstinentiae Auctor exponit eius historiam ab origine usque ad nostram aetatem; tractat de necessitate expiationis apud populos et de consuetudine apud Hebraeos; deinde agit de lege ieiunii tempore Christi, Apostolorum et a saec. III ad saec. XII; a saec. XIII ad nostra tempora. In capite V exponitur momentum ieiunii et abstinentiae, sicut deducitur: 1) e S. Scriptura; 2) e liturgia, praesertim temporis quadragesimalis. Ex liturgia huius sacri temporis ieiunium quatuor effectus spirituales habet: 1) vitia comprimit; 2) mentem elevat; 3) virtutem largitur 4) et praemia (praef. Quadr.).

Christine Mohrmann, *Études sur le latin des chrétiens.* Roma, Ediz. di Storia e Letteratura, 1958. In-8º, XXII-468 pp.

Non è un nuovo libro della illustre Autrice, ma la ristampa in volume unico di una serie di studi, ventisei, già pubblicati fra il 1932 ed il 1955. Il consuntivo, dunque, di un'opera d'indagine che abbraccia oltre un lungo, fecondo ventennio, la documentazione del metodo applicato dall'A., in quella

che è stata chiamata « la Scuola di Nimega ». Ma è solo un saggio dell'attività di lei: le quattordici pagine (IX-XXII) che raccolgono la sua bibliografia, dal 1928 al 1957, avvertono che l'operoso panorama ha confini assai più vasti.

Opportunamente gli articoli sono raggruppati secondo un ordine sistematico. Anzitutto, in numero di dieci, gli « Études générales sur la latinité chrétienne » (pp. 1-175): ricerche linguistiche, lessicali, stilistiche e letterarie, sul latino usato dai Cristiani. Negli otto « Études sémasiologiques » (pp. 177-286), poi, si passano in rassegna termini che interessano particolarmente l'indagine semantica e, aggiungiamo, possono illuminare di una luce inattesa alcune vetuste formule liturgiche o dogmatiche: *Rationabilis-Logikos, Ave gratificata, Credere in Deum, Pascha, Passio, Transitus, Exultent divina mysteria, Sacramentum, Epiphania, Doxa.* Chiudono la serie, otto « Études » sulla lingua e lo stile di singoli autori (pp. 287-435). S. Agostino attira maggiormente l'interesse dell'A., che gli dedica infatti ben sei articoli: a S. Cipriano ed a S. Benedetto ne sono riservati uno ciascuno. Seguono gli indici, sette complessivamente, abbondanti e dettagliati (pp. 437-468), guide indispensabili alla consultazione, per chi voglia orientarsi in tanta vastità di materia: vi si elencano le opere citate, i nomi propri, i termini greci e latini, più un'analisi alfabetica delle materie, nelle tre lingue: tedesca, francese ed inglese, in cui sono stati qui pubblicati gli articoli.

Ci scuserà il lettore, se non c'inoltriamo in un esame più particolareggiato: troppo vasta e varia è la materia, perché si tenti di costringerla in quel letto di Procuste che è pur sempre una recensione. Ci basti averne sommariamente indicato gli argomenti: del resto, si tratta di contributi già noti agli studiosi. Tuttavia la loro raccolta in unico volume appare assai opportuna. La ricca messe d'informazioni e le ricerche in essi contenuta, li rende utilissimi, ed a volte indispensabili, strumenti di lavoro: né d'altronde, dispersi com'erano nelle varie pubblicazioni, riuscivano finora largamente accessibili ed utilizzabili.

Ed è raccolta ancora oggi attuale: quantunque non ne abbia ritoccato il testo, l'A., nella prefazione (pp. VII-VIII), ha provveduto ad aggiornare quelle conclusioni, che successive indagini hanno rivelato ormai superate. È un atto onesto, che documenta, se ve ne fosse bisogno, la sua nota probità di studiosa. Licenziando alle stampe il volume, essa ringrazia le « Edizioni di Storia e Letteratura », che della pubblicazione hanno preso l'iniziativa e l'impegno. Ritengo che la stessa riconoscenza debba esprimerla all'A. il lettore, per averci essa offerto uno strumento così prezioso, ed un modello tanto insigne di lavoro scientifico.

Angelo Coppo, C.M.

NOTITIAE

Anglia-Hibernia,

Liste des articles liturgiques parus dans les Revues. Dans THE CLERGY REVIEW: Déc. 1957, *Vespers in Church*, par C. C. Martindale, S.J., pp. 727-31; Jan. 1958, *Thank God for the New Psalter*, par O. Corboy, p. 29-34. Cf. *Correspondance*, pp. 122, 255, 318; Fev., *English and Latin at Mass*, par C. R. A. Cunliffe, 65-75; Mars, *The Exsultet*, par H. E. Winstone, 129-36; Mai, *Vestments*, par J. B. O'Connell, 257-65; Juillet, *The Simplification of the Rubrics of 1955*, par J. B. O'Connell, 285-93; Août, *The Syntax of Christian Latin*, par Dom Mark Dilworth, 462-74; Oct., *Biel on the Mass*, par J. H. Creham, 606-17.

Dans THE DOWNSIDE REVIEW, Jan. 1958, *Accentual Cadences in Gregorian Chant*, 105-16, par Dom Gregory Murray.

Dans LITURGY, Jan. 1958, *The Mass and Christian Unity*, par Henry St John, O.P., 1-9; *Sunday Mass in a German Parish Church*, par H. E. Winstone, 9-18; Juillet, *Offering the Mass*, par J. D. Crichton, 67-81; Oct., *Liturgical Movement at the Antipodes*, par C. Clifford Howell, 89-97; *Pia Desideria, A Chapter in Liturgical Reform*, par H. E. Winstone, 97-101.

Dans BLACKFRIARS, Avril 1958, *The Resurrection in the Easter Liturgy*, par J. D. Crichton, 170-181; Juin, *Liturgy, A Pastoral Need*, par Illtud Evans, 261-267.

Dans THE JOURNAL OF ECCLESIASTICAL HISTORY, Avril 1958, *The Anamneses and Institution narrative in the Liturgy of Apostolic Constitutions Book VIII*, par W. E. Pitt, 1-7; *The Historical Background of the English Lectionary of 1955*, par Geoffrey G. Willis, 73-86.

Dans THE IRISH ECCLESIASTICAL RECORD, Mars 1958, *St. Patrick's Feast in a German Village*, par Gertrude Mesmer, 185-88; Septembre, *Irish Saints in the Martiloge in Englyssche (1926)*. par John Henning, 173-82.

✧ *Quelques livres.* John COULTON *The Saints. A Concise Biographical Dictionary, with an Introduction by C.C. Martindale, S.J.*, London, Burns and Oates, 1958. 496 pp., nombr. pl. en couleurs et monochromes.

John BECKWITH, *The Andrews Diptych*. London, Her Majesty's Stationery Office, 1958. 38 pp. et nombr. ill. 8 *s*.

Il s'agit d'un très ancien diptyque chrétien, en ivoire, conservé au Victoria and Albert Museum (monographie N° 12), le seul ivoire ancien exclusivement consacré aux miracles du Christ (Multiplication des pains, Guérison de l'Aveugle-né, Guérison du Paralytique, Résurrection de Lazare, Miracle de Cana, Guérison du Lépreux), style d'une école carolingienne, peut-être de Trèves, du IX^e^ siècle.

L. B.

Austria.

Ad obtinendam actuosam participationem Sacrificio Missae, fideles imbuendi sunt maxima cum diligentia (et patientia) inde a pueritia. Hoc altum et pastorale munus intendunt P. Jos. Glaser, O.S.F.S. et Dr. Karl Kammel-

berger suo opere *Anleitung zur Gestaltung der Kindermesse in Kirchenjahr.* Arbeitsbehelf für den Seelsorger, seine Helfer und die Kinder (Linz a. Donau, Verlag Veritas, 1957).

In Missa puerorum prae oculis habenda sunt duo: pars ad discendum utilis et pars liturgica. In priore, pueri ducendi sunt ad celebrationem externam et internam iuxta regulas missae solemnis (*Hochamt*), sed per gradus et quidem: in 1° gradu (forma pro incipientibus) pueri discere debent Missam esse opus commune celebrantis, ministrantium, scholae cantorum, fidelium, etc.; offertorium, consecrationem et communionem consideranda esse puncta praecipua celebrationis; in 2° gradu (forma pro progredientibus) pueri imbuendi sunt ad canendum textus liturgicos Ordinarii lingua vulgari et demum (in 3° gradu) iam bene parati sunt adhibere omnes textus iuxta regulas Missae solemnis (*Deutsche Hochform*) et canere vel legere textus Ordinarii et Proprii et sic apti erunt ad celebrandam Missam cantatam lingua latina.

Pro parte liturgica a Conferentia episcopali austriaca a. 1947-48 vulgata est norma statuens duas formas celebrationis liturgicae pro populo: 1) formam popularem (*Volksform*) seu celebrationem cum canticis (dantur tres species huius formae) et 2) formam primitivam (*Grundform*) seu celebrationem cum canticis liturgicis (etiam hic habentur tres species).

Opus complectitur: 1) duo folia cum normis pro utentibus fasciculis et introductione pro forma Missae puerorum; 2) duodecim fasciculos (unusquisque fasc. constat 16 vel 32 pp.) cum diversis formis Missae puerorum pro diversis temporibus, festis et circumstantiis anni liturgici.

✧ Die 30 octobris 1958, in Instituto liturgico abbatiae S. Petri Salisburgensis, habita est *XIX collatio Commissionis liturgicae,* moderante Exc.mo F. Zauner, Commissionis episcopalis austriacae praeside. D.D. Iosephus Huber tractavit de Instructione S.R.C. de musica sacra et sacra liturgia. Prof. I. A. Jungmann, loquutus est de praecisa definitione data ab ista Instructione et de distinctione « actiones liturgicas » (quae sunt iuris pontificii) inter et « exercitia pia » (quae sunt iuris episcopalis). Hoc documento obtinetur unitas in sacra liturgia pro tota Ecclesia. D.D. Mayer, parochus Vindobonensis, animadvertit necessitatem praesentandi fidelibus verum sensum documenti S.R.C., quia notitiae ab « agentiis » datae, non semper rectae sunt. D.D. Wesely, magister cappellae S. Stephani Vindobonae, tractavit de necessitate praeparandi bene scholam cantorum, ut active participet Missae cantatae lingua latina. D.D. I. Pretzenberger, dioecesis S. Hippolyti (*St. Pölten*), exposuit rationes pro et contra celebrationem Missae « sub divo » (*Feldmesse*). Exc.mus Zauner discussionem ita breviter perstrinxit: Missa sub divo permissa est: 1) si multitudo non contineatur in ecclesia; 2) exceptio datur tantum pro diebus de praecepto; 3) Missa debet celebrari iuxta formam communem; 4) debet observari necessarius ordo. I. Schneider egit de necessitate baptizandi infantes « quam primum » iuxta recens monitum S. Officii; et quantum fieri potest in ecclesia parochiali.

Gallia

Georges Chevrot, apôtre de la Pastorale liturgique (1879-1958). — Vingt-huit ans curé de Saint-François-Xavier, à Paris (de février 1930 à sa mort,

brusquement survenue le 4 février 1958), Mgr Georges Chevrot s'y montra un artisan heureux et averti de la *Pastorale liturgique*. Remarquable par une compréhension apostolique de la Liturgie et par un don exceptionnel de la parole, ce pasteur faisait participer intelligemment sa paroisse entière aux richesses du Missel... et des Sacrements.

Né à Paris le 8 janvier 1879, ordonné prêtre le 4 juillet 1903, il donna ses toutes premières années de sacerdoce au professorat, à l'école Gerson, avant de devenir en 1909, et pour trois ans, vicaire à *Saint-Charles-de-Montceau*. Dès 1912, et là pour 12 années, il prenait rang dans l'équipe des missionnaires diocésains, où après la guerre 1914-1918, il revenait, apportant avec lui croix de guerre et cinq citations.

En 1924, il recevait sa nomination de Premier vicaire à *Saint-Honoré d'Eylau*. C'est là qu'au début de 1930, le cardinal Verdier vint le prendre pour la cure de Saint-François-Xavier. Sa parole claire, fine, heureuse, imprégnée de l'Ecriture sainte, le fit choisir pour remplacer le P. Pinard de la Boullaye dans la chaire de Notre-Dame de Paris. Il y donna les carêmes de 1938, 1939, 1940: *L'Eternelle actualité de l'Evangile: l'Homme nouveau* (1938), *La vie de l'homme nouveau* (1939), *Evangile et patriotisme* (1940). « *De tous les prédicateurs de Nôtre Dame que j'ai entendus* » observe le P. Roguet (*Maison Dieu*, 53, p. 174-175) « *il est le seul qui ait parfaitement réussi cette alliance, si difficile à remplir, de l'ampleur exigée par un grand vaisseau avec le rythme alerte et continu, sans lequel l'écoute radiophonique est si fatigante. Il excellait à la radio: ses nombreuses séries de sermons à* Radio-Luxembourg *en témoignent. Cet orateur si évangélique et si traditionnel était le plus moderne de tous* ».

Devant l'épreuve de la nouvelle guerre de 1940 et pour mieux servir librement, il se cantonna dans son ample ministère paroissial et une activité discrète et ferme. En 1946, au Canada, il assurait le carême à Montréal, et peu après reprenait son apostolat dans les émissions enregistrées de *Radio-Luxembourg*: *L'Evangile en plein air.*

Dans sa paroisse, sa parole restait toujours régal et profit. Il y commentait quelques versets de l'Ancien ou du Nouveau Testament, ou se penchait sur les éternels problèmes d'une soigneuse psychologie: éducation des enfants, vie de famille, petites vertus etc... Avec une magistrale simplicité de forme, et dans l'utilisation de remarques neuves et saisissantes, il terminait ses entretiens, en véritable apôtre, par une phrase où fonds et forme, particulièrement heureux, constituaient un heureux « bouquet spirituel », aisé à retenir. Esprit vif et délicat, il pensait à l'ensemble de son auditoire où se côtoyaient fervents et éloignés de la pratique religieuse et même quelques incroyants. Cette religion ample et haute lui donnait de manifester nettement son opinion personnelle sur les grandes questions de notre temps: oecuménisme, rapprochement des Eglises, développement des missions, question sociale, expérience des prêtres-ouvriers etc.

En tous ces secteurs, Mgr Chevrot demeura un apôtre. Dans ce sens, il a laissé beaucoup de lui-même dans ses ouvrages: écho prolongé de son solide enseignement oral. Pour l'étayer, il était solidement documenté. Pour monnayer ces richesses spirituelles, il resta homme et prêtre, tout à tous, et s'avéra dès lors heureux ouvrier, un serviteur de la *Pastorale liturgique*.

F. Combaluzier, C.M.

Ouvrages principaux de Mgr Chevrot: dans leur quasi totalité, ce sont des recueils de ses instructions et de son enseignement pastoral:

Avent (1939); *Ave Maria* (1946); *Jésus et la Samaritaine* (1935, 1946); *Simon Pierre* (1935); *Notre messe* (1941); *Dans le silence* (1944); *La dévotion à l'autel* (1946); *L'abbé Roger Derry décapité à Cologne le 15 octobre 1943* (1946) [biographie d'un de ses vicaires]; *La rencontre du Seigneur* (1949); *La victoire de Pâques* (1950); *Les petites vertus du foyer* (1949); *L'Evangile en plein air: 10 minutes au micro de Radio-Luxembourg*: 1° *En regardant les animaux* (1950); 2° *En regardant la nature* (1950); *L'Evangile au foyer* (1951); *Les béatitudes* (1952); *Les dimanches d'été* (1954); *Et moi je vous dis* (1955); *Sous le figuier* (1956); *Le temps de l'Eglise* (1958) etc.

Quelques discours spéciaux ont été aussi imprimés: *Cinquantenaire de l'Encyclique* Rerum novarum (Blois, 19 oct. 1941); *La fête chrétienne des mères à Saint-François-Xavier* (1942); *Le développement des Missions catholiques et l'encyclique* Summi Pontificatus (Paris, Sacré-Coeur, 17 déc. 1939); *La formation eucharistique des enfants au foyer* (1938); *Méditations et prières sur le Chemin de la Croix* (1945); etc. Et son Mémoire lors de son admission à l'Académie des Sciences morales et politiques: *Notice... sur M. Charles Ruch (1870-1945)*, 1948, 11 p.

✧ Patri Severiano Salaville, A.A., eximie merito in scientiis orientalibus, in re praesertim liturgica, quinquagesimum annum ab ordinatione sacerdotali celebranti, amici dedicarunt Miscellanea: *Mélanges Sévérien Salaville: Revue des Etudes Byzantines*, 16 (1958) 252 pp. Post vitae curriculum et bibliographiam Rev.mi Patris, sequuntur articuli theologiam, liturgiam et hagiographiam, ius byzantinum, historiam, archaeologiam et philologiam spectantes.

In commodum lectoris referimus titulos dissertationum de sacra liturgia tractantium: J. Darrouzès, *Les calendriers byzantins en vers* (pp. 59-84); P. Duthilleul, *Les reliques de Clément de Rome* (pp. 85-98); F. Halkin, *Fragment d'une Passion ancienne de saint Sévérien* (pp. 99-103); G. Jouassard, *Aperçu sur l'importance de l'Ancien Testament dans la vie liturgique des premiers siècles chrétiens* (pp. 104-115); V. Laurent, *Le rituel de la proscomidie et le métropolite de Crète Elie* (pp. 116-142); G. Nowack, *Un manuscrit hagiographique de l'ancien fonds du monastère du Prodrome (Serrès)*, (pp. 143-157); A. Raes, *L'authenticité de la liturgie byzantine de saint Basile* (pp. 158-161).

✧ Parisiis, moderante Sectione dioecesana pro doctrina religiosa, ordinatur a Centro Studiorum et informationum liturgicarum Cursus liturgicus, quolibet sabbato, per totum annum 1958-59. Thema generale *Valeurs liturgiques fondamentales et réalisations pastorales* in tres partes evolvitur a Rev.mo R. Pierret, O.S.B.: 1) *Le mystère de la sainte liturgie*; 2) *Les fonctions liturgiques*; 3) *La liturgie, valeur de vie.*

✧ Cura Patrum Abbatiae S. Wandregisili editur fasciculus annualis inscriptus *L'Abbaye S. Wandrille de Fontenelle.* In eius N. 7 (*Noël 1957*; in-8°, 46 pp.) duobus articulis *L'histoire de St. Wandrille* (pp. 3-28) et *Le cadre artistique* (pp. 29-38) Rev. P. Lucianus David narrat historiam fundatoris et domus istius celebris abbatiae, ubi per saecula monachi vitam monasticam degerunt.

In N. 8 (*Noël 1958*; in-8°, 30 pp) haec habentur: *Le culte de St. Wandrille en Alsace*, pp. 3-6 (Rev. J. Vion); *St. Bénigne, abbé de Fontenelle*, pp. 7-11 (Rev. J. Laporte, O.S.B.); *Jean de Bouquerot, abbé de Saint-Wandrille*, pp. 12-18 (Rev. P. Jean Laporte, O.S.B.); *Les vitraux de Saint-Wandrille* pp. 19-20 (Jean Lafond).

Hispania.

Exc.mus G. Modrego Casaus, episcopus-archiepiscopus Barcinonensis, promulgavit directorium dioecesanum pro S. Missa (*Directorio para la santa Misa*. Barcelona, Opispado, 1958; in-16°, 44 pp.) ad magis promovendam participationem fidelium Sacrificio eucharistico.

Directorium, ut optime animadvertit episcopus, considerandum est non tamquam « formula magica », sed potius tamquam auxilium pro ipsis animarum pastoribus, ut suo munere fungantur, illustrando et docendo fideles de pulchritudine et efficacia celebrationis eucharisticae (p. 7). In prima parte dantur normae generales; in secunda elementa celebrationis Missae (celebrans, verbum Dei, lectiones, schola cantorum, participatio actuosa fidelium); in tertia referuntur normae pastorales pro diversis Missae speciebus (solemnis vel cantatae, lectae, pro pueris, etc.).

E lo stesso Card. Mimmi, nella citata prefazione, scriveva: « Vobis " Proprium Neapolitanum Officiorum et Missarum " a S. Rituum Congregatione, decreto diei 1 augusti anni 1955, probatum, trado ac commendo, non minus vigilanter custodiendum quam pientissime amandum, eo nempe pietatis sensu, qui vobis a patrum vestrorum disciplina ac doctrina traditus est ». La più bella e più lunga fatica, alla quale si ricollega, più o meno direttamente, tutta l'attività scientifica del Mallardo fu quella di preparare il testo del « Proprium ». Il metodo fu di conservare « historiae severa ratio » unita con l'amore « eo pietatis sensu » nella tradizione gloriosa dei dotti e dei venerandi sacerdoti che restano i padri della cultura e della nostra spiritualità.

Domenico Mallardo ha raggiunto la pace « cum sanctis »!

Sancta anima te in [pace]
(Neapoli, CIL, X, 1518; Dehl, 2275)

V. De Rosa

BIBLIOGRAFIA [1]

Opere e articoli di riviste

1. *Nuova epigrafe greco-latina della fratria napoletana degli Artemisi*, in *Memorie della Reale Accademia di Archeologia, Lettere e Belle Arti*, 2 (1911), 151-175.
2. *Interpretazione e commento di una iscrizione latino-ebraica, in Gennaro Aspreno Galante.*

[1] *Abbreviazioni*:
Asprenas = Pubblicazione annuale dell'Accademia di S. Pietro in Vinculis, Napoli.
Boll. eccl. = Bollettino ecclesiastico ufficiale per gli atti della rev.ma Curia dell'archidiocesi di Napoli.
Rendiconti = Rendiconti della reale Accademia di Archeologia, Lettere e Belle Arti di Napoli.
Riv. Arch. = Rivista di Archeologia cristiana, Roma.
Riv. di Storia = Rivista di Storia della Chiesa in Italia, Roma.

Un sepolcreto giudaico recentemente scoperto in Napoli, in *Memorie della Reale Accademia di Archeologia, Lettere e Belle Arti*, 2 (1911) 233-242; 242-245..

3. *Panegirico di S. Giovanni Crisostomo.* Napoli, 1913, 26 pp.
4. *Nel III centenario dell'Invenzione di S. Eustazio vescovo di Napoli.* Napoli, 1916, 15 pp.
5. *Capsella di piombo della seconda metà del sec. XVI, ritrovata nella basilica di S. Restituta in Napoli.* Solemne Praeconium Ianuario Asprenati Galante ab amicis quinquagesimo recurrente anno ab inito eius sacerdotio tributum. Napoli, 1921, pp. 115-151.
6. *La festa cristiana della « Cattedra di S. Pietro » e la festa pagana delle « Caristia »*, in *Rivista di Scienze e Lettere*, 1 (1930) numeri 1,2-3,6.
7. *S. Severo, vescovo di Napoli*, in *Boll. eccl.* 12 (1931) nn. 4, 5, 6.
8. *Per la morte del Can. Prof. Don Modesto Catalano*, Napoli, 1932, 8 pp.
9. *S. Giovanni I, vescovo di Napoli*, in *Boll. eccl.* 13 (1932) nn. 3, 4, 4bis, 7, 12.
10. *S. Nostriano, vescovo di Napoli, e la parrocchia di S. Gennaro all'Olmo*, in *Boll. eccl.* 15 (1934) n. 4; 16 (1935) n. 1.
11. *La questione dei cristiani a Pompei*, Napoli, 1935, 96 pp.
12. *Ricerche di storia e di topografia degli antichi cimiteri cristiani di Napoli*, Napoli, 1936, 78 pp.
13. *La calunnia onolatrica contro i cristiani*, in *Atti della Reale Accademia di Archeologia, Lettere e Belle Arti*, 15 (1935-1936) 117-138.
14. *Oratio habita, inter Missarum solemnia, in catacumba Sancti Ianuarii*, XXV anno ab inito sacerdotio, Napoli, 1937.
15. *Ordo ad ungendum infirmum, ex cod. Neapol. saec. XI-XII*, primum edidit, historico commentario instruxit D. M., Neapoli, 1938, 59 pp.
16. *Una fronte d'altare nolana della fine del sec. V*, in *Campania Romana: Studi e materiali editi a cura della sezione campana degli Studi Romani*, Napoli, 1938, pp. 271-291.
17. *La via Antiniana e le memorie di S. Gennaro*, in *Rendiconti*, 19 (1939) 305-365.
18. *Il Calendario Lotteriano*, Napoli, 1940, 216 pp.
19. *S. Gennaro e compagni nei più antichi testi e monumenti*, in *Rendiconti*, 20 (1940) 163-246.
20. *Un supposto fratello di S. Gennaro e l'onestà scientifica di Niccolò Carminio Falcone*, in *Rendiconti*, 21 (1941) 167-191.
21. *Storia antica della Chiesa di Napoli: Le fonti*, Napoli, 1943, 171 pp.
22. *Papa Sant'Eugenio I (654-657)*, Napoli, 1943, 11 pp.
23. *La dedicazione della Cattedrale*, in *Boll. eccl.* 27 (1946) 111-112.
24. *L'« exedra » nella basilica cristiana*, in *Riv. Arch.* 22 (1946) 191-211.
25. Recensione dell'opera di Giovanni B. De Rossi, *Sulla questione del vaso di sangue.* Memoria inedita con introduzione storica e appendice di documenti inediti, per cura di P. Antonio Ferrua S. J. Città del Vaticano, Pontif. Istituto di archeologia cristiana, in *Ephem. lit.* 61 (1947) 120-124.
26. *S. Giovanni I e S. Giovanni IV, vescovi di Napoli*, in *Ephem. lit.* 61 (1947) 298-308.
27. *Il Calendario Marmoreo di Napoli*, Roma, 1947, 239 pp.
28. *La Campania e Napoli nella crisi ariana*, in *Riv. di Storia*, 1 (1947) 185-226.
29. *S. Gennaro nell'Innografia greca*, in *Ephem. lit.* 62 (1948) 354-362.
30. *Giovanni Diacono napoletano*, in *Riv. di Storia*, 2 (1948) 317-337.
31. *Le origini della Chiesa di Napoli*, in *Miscellanea Pio Paschini.* Vol. I, Lateranum XIV (1948) 27-68.
32. *Capua.* Enciclopedia Cattolica. Vol. III (1949) 729-732.
33. *La vite negli antichi monumenti cristiani di Napoli e della Campania*, in *Riv. Arch.* 25 (1949) 73-103.

34. *L'incubazione nella cristianità medievale napoletana*: in *Mélanges Paul Peeters* = *Analecta Bollandiana*, 67 (1949) 465-498.
35. *Giovanni Diacono napoletano*: *la continuazione del Liber Pontificalis*, in *Riv. di Storia*, 4 (1950) 325-358.
36. *Nel giubileo sacerdotale di Sua Eccellenza Rev.ma Mons. Raffaello Delle Nocche, Vescovo di Tricarico*, in *Boll. eccl.* 32 (1952) 95-97.
37. *Napoli*, in *Enciclopedia Cattolica*. Vol. VIII (1952) 1631-1642.
38. *Nola*, in *Enciclopedia Cattolica*. Vol. VIII (1952) 1912-1915.
39. *La Pasqua e la Settimana Maggiore a Napoli dal secolo V al XIV*, in *Ephem. lit.* 66 (1952) 3-36.
40. *Agiografia latina*. Guida allo studio della civiltà romana antica. Vol. II (1954) 423-428.
41. *Mons. Alfonso Castaldo*. Volume in onore di Mons. Alfonso Castaldo nel 20° anniversario della sua consacrazione episcopale. Napoli, 1954, pp. 42-43.
42. *Presunto rinvenimento a Cimitile dei sarcofagi di un Antonio Iunior e di S. Paolino vescovi di Nola*, in *Rendiconti*, 30 (1955); 8 pp. nell'*estratto*, Napoli, 1956.
43. *Iscrizione sepolcrale di un ignoto vescovo nolano del sec. VI*, in *Rendiconti*, 30 (1955); 14 pp. nell'estratto, Napoli, 1956.
44. *Arcidiaconi della Chiesa napoletana anteriori alla fine del sec. XII*, in *Asprenas*, 3 (1956), pp. 70-81.
45. *S. Polito. Un martire dell'Apulia*, in *Rendiconti*, 31 (1956); 36 pp. dell'estratto, Napoli, 1957.
46. *Il nuovo « Proprium Officiorum et Missarum Archidioecesis Neapolitanae »*, in *Boll. eccl.* 1957, pp. 6-29.
47. *Arcipreti, primicerii e cardinali della Chiesa napoletana sino al sec. XIV*, in *Asprenas*, 4 (1957), 95-122.
48. *S. Castrese vescovo e martire, nella storia e nell'arte*, Napoli, 1957, 102 pp.
49. *Sarcofago paleocristiano dell'isola d'Ischia, del tipo « Bethesda »*, in *Actes du V^e Congrès International d'Archéol. chrétienne*, Roma-Paris, 1957, pp. 245-255.
50. *La « Passio » di S. Artema, martire di Pozzuoli*, in *Riv. di Storia*, 11 (1957), 371-392.
51. *Cimiliarchio e Cimiliarchi della Chiesa napoletana sino al sec. XIV*, in *Asprenas*, 5 (1958) 47-70.

Articoli di giornali

1. *Il ritorno di una data*, in *Osserv. Romano*, 7 dic. 1952.
2. *A proposito di riti antichi napoletani nella Settimana santa*, in *La Croce* (Napoli), 4 maggio 1952.
3. *La serie dei vescovi napoletani*, in *La Croce*, 7 dic. 1952.
4. *Le origini della parrocchia dell'Ascensione a Chiaia*, in *La Croce*, 8 nov. 1953.
5. *Papa Innocenzo IV a Napoli*, in *Osserv. Romano*, 12 dic. 1954.

RECENSIONES

Giuseppe Andrea JUNGMANN, S.J., *La liturgia della Chiesa* (= Manuali del pensiero cattolico, 41). Roma, Ediz. « La Civiltà Cattolica », 1958. In-16°, 310 pp.

Hoc manuale paratum est a P. Jungmann instantibus Editoribus « Civiltà Cattolica » ad praebendum fidelibus excultioribus summulam liturgiae Ecclesiae.

Auctor, sicut asserit in praefatione, « describit tantum lineas praecipuas historiae liturgiae et exponit considerationes, quae melius adiuvare poterunt ad intelligendum cultum divinum ».

Quamvis huiuscemodi opellis non desit difficultas, ab A. ad hoc prae aliis paratus est, cum per tot annos docuerit et multimode scripserit de sacra liturgia.

Tota materies liturgica novem capitibus continetur. Post ideas fundamentales (I, pp. 7-15) texitur historia liturgiae ab origine ad nostram aetatem (II, pp. 16-46): deinde exponuntur legislatio liturgica (III, pp. 48-51) et elementa constitutiva liturgiae, idest lectiones, psalmi, hymni, musica, prex populi et sacerdotis, positio orantis (IV, pp. 52-77). Domus Dei eiusque supellex tractatur in capite V (pp. 78-97), liturgia sacramentalis in VI (pp. 98-118), Missa in VII (pp. 119-193), Horae canonicae in VIII (pp. 194-227), demum annus liturgicus in IX (pp. 228-302).

Ex hac docta et theologica expositione non solum fideles, sed etiam sacerdotes discent pulchritudinem, unitatem cultus christiani et insuper intelligent multos ritus, qui absque cognitione evolutionis historicae sine significatione videri possunt.

Haec sufficiant, cum iam huius voluminis recensio editionis gallicae facta sit (*Ephem. lit.* 72 [1958] 363). Faxit Deus ut, per comprehensionem cultus divini, fideles plenius sacrae liturgiae participent.

I. B.

Theodor SCHNITZLER, *Meditazioni sulla S. Messa.* Vol. II. Ingresso, letture, oblazione, sul canone, comunione e conclusione. Roma, Casa Editrice Herder, 1958. In-16°, X-446 pp.

Laudes huius pulcherrimae opellae iam texuimus cum editionem germanicam recensuimus (*Ephem. lit.* 72 [1958] 77); attamen placet adhuc nonnulla addere.

Alumni seminarii, qui se ad sacram ordinationem praeparant, et sacerdotes sacrum litantes, invenient in duobus voluminibus quae necessaria sunt sive ad cognoscendum historiam et percipiendum sensum singularium partium Missae sive ad nutriendum spiritum solida pietate.

Verbis et gestibus vel minimis inest enim altior sensus, qui prima facie

non semper attingi potest. Verbi gratia, agendo de invocatione « Kyrie, eleison » (pp. 12-20) exponit Auctor characterem seu indolem triumphalem huius precis: est hymnus ad Christum Regem, et Ecclesia a « Kyrie » per « Gloria in excelsis Deo » ad « Sanctus » describit arcum pertingentem usque ad laudes angelorum. Est ergo « Kyrie » prex christologica, non trinitaria, sicut in serioribus invenimus commentariis. Ideo quum « Kyrie » dicimus Christum precamur, laudamus tamquam nostrum Mediatorem et per Ipsum extollimus usque ad mysterium SS. Trinitatis.

Quoad interpretationem « Collectae », post demonstrationem P. Jungmann, Auctor tenet illam non amplius designare locum seu ecclesiam ubi fideles conveniebant, sed esse precem communem, qua sacerdos vota fidelium colligit Deoque offert.

Auctor immoratur in explanando sensum verbi « oremus », motum manuum et inclinationem capitis erga crucem: oratio debet ergo « orari » non « legi » vel « dici ».

Preces ad pedes altaris nostra aetate non semper aestimantur, quinimmo a quibusdam desideratur ut penitus omittantur. Quamvis textus harum precum non sint optimi, tamen considerandi sunt non tamquam preces dicendae in sacrario, sed tamquam orationes proximae, antequam ad sacrum altare accedatur. Hae preces sunt novissima praeparatio ut sacerdos se colligat, quia saepius ob animarum curam non suppetit tempus pro opportuna praeparatione ad tantum mysterium celebrandum.

Valorem preces ad gradus altaris habent etiam ob suam substantiam, quatenus in mentem revocant baptismum, gaudium paschale, eis proveniens, qui sanctum montem ascensuri sunt; ipsum « Confiteor », quod nos inducit ad examen coram maiestate et sanctitate divina, appellari potest optima prex contritionis.

Hae sanctae meditationes evolvuntur per singulas Missae partes. Missa, quamvis occursus sublimior cum Deo sit, est transitoria: nam expectatur alter occursus quem ipsa Missa semper annuntiat « donec veniat » (I Cor. 11, 26). Tunc Missa finem habebit et alia incipiet, quae non erit « missa » seu « dimissio », sed laus perennis in altari aureo: quod intelligi debet non solum de parousia generali, sed etiam de peculiari, quae continget in hora mortis. Iste occursus obvenire poterit prout legitur in Breviario de S. Andrea Avellino, qui mortuus est dum ad altare accederet et postquam ter dixerat: *Introibo ad altare Dei* (p. 446).

I. B.

Jean Daniélou, S. J., *Bibbia e liturgia*. La teologia biblica dei sacramenti e delle feste secondo i Padri della Chiesa. Milano, Vita e Pensiero, 1958. In-8°, 470 pp.

Sacramenta generatim tractantur a theologis sub aspectu eorum efficaciae potius quam significationis. Cl. Auctor desiderat e contra de sensu rituum sacramentorum, praesertim cultus christiani, agere (p. 1).

Christiani primaevae aetatis noverant significationem rituum; non ita accidit nostris diebus.

In hac inquisitione P. Daniélou nititur doctrina Patrum Eccesiae et distinguit symbolismum biblicum, quod ita ritus liturgicos illustrat, ut sine ipso ii penitus non intelligantur. Scripta Patrum constituunt ergo fontem praecipuum symbolismi liturgici primorum saeculorum et ex his scriptis apparet momentum doctrinae mystagogice sive quoad catechesim sive quoad praedicationem. Cultus christianus vere centrum totius vitae erat.

His praemissis, Auctor agit de ritu baptismali, de impositione signi crucis in fronte baptizandi seu de ritu « sphragis », de figuris baptismi, scilicet de creatione et diluvio, de transitu Maris rubri, de Elia et Iordane flumine. Haec omnia diffuse exposita in capitibus II-VI (pp. 46-152) offerunt pretiosum argumentum pro pastorali liturgica sacramentaria. De confirmatione tractatur in capite VII (pp. 152-169). Ritus eucharistici vero ample exponuntur in capitibus VIII (de ritibus eucharisticis), IX (de figuris eucharisticis), X (de agno paschali); postea agitur de psalmo vigesimo secundo, de Cantico canticorum (figura sive baptismi sive eucharistiae) et demum de figuris Novi Testamenti (v. gr. multiplicatione panum, acqua et sanguine emanatis e vulnere Cordis Christi, lotione pedum, etc.).

In altera parte operis tractantur per ordinem: mysterium sabbati, dominica, octavus dies (figura aeternitatis), Pascha, Ascensio, Pentecostes, tabernacula (figura temporis messianici idest Christi, quae adhuc continuatur in cyclo liturgico Ecclesiae).

Ex omnibus his considerationibus multa explanantur et signa non sunt res sine voce, sed aperiunt sensibus nostris sacrosancta mysteria cultus christiani.

I. B.

Giuseppe Baldeschi, *Sacre cerimonie*. Edizione 10ª. Romae, Edizioni liturgiche, 1957. In-8º, 484 pp.

— *Sacre cerimonie*. Edizione 11ª. Ibid., 1959, 540 pp.

1. Laude digni sunt Editores, qui hanc decimam editionem celebris manualis caeremoniarum pararunt, ac in unum volumen duplex praecedentium editionum coniungere perutile duxerunt. Exponuntur enim in prima parte functiones pontificales.

Inde ab anno 1952, cum in lucem prodiit editio nona, nonnullae maximi momenti innovationes in re liturgica habitae sunt, qua de causa in praesenti caeremoniali ratio de illis omnibus habita est.

Praecipuae novitates inveniuntur in ritibus Hebdomadae sanctae instauratae, ubi magna diligentia et perspicuitate exponuntur caeremoniae iuxta ritum solemnem, simplicem et cum diaconi adsistentia.

Quoad functiones pontificales, habentur tantum caeremoniae ordinariae Missarum et Vesperarum sive ad faldistorium sive ad thronum. Pro quibusdam functionibus habetur in commodum caeremoniarii et clericorum descriptio in communi et pro singulis officiis.

2. Post annum alia editio in lucem venit, in qua, etsi substantiales mutationes in eam inductae non sint, tamen quaedam correcta vel addita sunt ad normam Instructionis S.R.C. de Musica sacra et sacra Liturgia (3 sept. 1958). Legibus generalibus addita est paragraphus de normis sonum organi et harmonii moderantibus; in Missa in cantu (data etiam definitione de Missa « in cantu » et « lecta ») additum est caput respiciens cantum antiphonarum ad introitum, offertorium et communionem necnon circa cantum « Sanctus » et « Benedictus ».

In altera parte, scilicet de functionibus pontificalibus, peropportune auctores addiderunt caput ubi exponitur Missa in cantu cum adsistentia episcopi ad thronum.

Libenter huic manuali amplam diffusionem ominamur praesertim in seminariis, ut alunni semper diligentius praesto sint servitio divino.

M. Bisagni

Bengt Ingmar Kilström, *Den kateketiska undervisningen i Sverige under medeltidem* = Institutio catechetica in Suecia medio aevo (= Bibliotheca Theologiae practicae, 8). Lund, CWK Gleerup, 1958. In-8°, 342 pp.

Scopus huius operis est explicare quomodo formae principales institutionis (*insegnamento*) catecheticae, i.e. institutio catechetica in familia, institutio catech. publica in ecclesia et institutio catech. occasione confessionis, in ecclesia medioaevali Sueciae se evolverint.

In introductione auctor breviter describit evolutionem institutionis catech. ab ecclesia primaeva usque ad saeculum XII.

Thema tractatur in septem capitibus: 1. De functione catechetica laicorum; 2. De institutione catech. publica; 3. De institutione catech. in confessione; 4. De charactere soteriologico institutionis catecheticae; 5. De *Credo, Pater noster, Ave Maria*; 6. De septem peccatis capitalibus deque aliis ordinibus (« gruppi ») quibus describuntur peccata; 7. De via perfectionis.

Cap. 1. Functio catechetica laicorum. — In ecclesia primaeva parentes fungebantur ut sponsores seu fideiussores suorum puerorum, respondebant interrogationibus baptismalibus et legebant Symbolum fidei. Ex hoc eis oriebatur munus instruendi postea pueros doctrina christiana.

Ineunte medioaevo paulatim evenit ut parentibus non iam licuerit esse patrinos puerorum propriorum quia secundum considerationem coaevam baptismi ut renascentiae spiritualis genitores corporales non idonei erant puerorum vice fungendi. Propterea patrini considerabantur parentes spirituales et rationem reddere debebant de educatione catechetica puerorum. Tamen parentes corporales non solvebantur omnino ab obligatione educationem religiosam puerorum procurandi.

Synodus Arelatensis anno 813 declaravit et parentes et patrinos esse sponsores pro instructione puerorum. Documenta vetustissima ex Scandinavia, in quibus laici ad actionem catecheticam invitantur, inveniuntur in libro homi-

letico Norvegiae secundo dimidio saeculi XII, continente nonnullas homilias, quae inculcant parentibus officium docendi pueros *Credo* et *Pater noster*. In statutis autem ecclesiasticis regionis Dalecarliae (Suetia) praescribitur pro patrinis notitia symboli fidei et *Pater noster*. In aliquibus formulis baptismalibus, in Libro pontificali, in variis statutis dioecesanis monentur patrini ut doceant pueros doctrinam christianam.

Cap. 2. Institutio catechetica publica. — Haec forma institutionis catecheticae erat munus sacerdotum. Eruditio connectebatur cum praedicatione in Missa dominicali et festiva. Speciales homiliae catecheticae praedicabantur praesertim tempore quadragesimali. Tempore sic dictae « Hochscholastik » instructio catechetica amplectebatur: *Pater noster, Ave, Credo*, 7 sacramenta, 7 peccata capitalia, 10 praecepta, 7 dona Spiritus Sancti, 7 virtutes principales, 7 opera misericordiae. Exsistebant plura manualia catechetica in quibus textus catechismi explicabatur. Tale subsidium institutionis catech. est « Homo conditus » magistri Mathiae, confessarii S. Birgittae. Ortum est medio saeculo XIV et praesentat systema ingeniosum formularum catechismi describendo viam hominis ad beatitudinem caelestem.

Cap. 3. Institutio catechetica occasione confessionis. — Iam saeculo IX exsistebant praescriptiones quibus postulabatur ut sacerdos in confessione poenitentes interrogaret an scirent *Pater noster* et *Credo*. In manuscripto saeculi XV ex Suetia legitur sacerdotem debere interrogare tantum illos poenitentes quos iudicaret indoctos et rudes. Si poenitens ignorasset elementa fundamentalia catechismi, sacerdotis esset eos punire et instruere.

Cap. 4. Character soteriologicus institutionis catecheticae. — Materia catechetica fere semper in manualibus composita erat secundum principium viae salutis. Ita, e.gr., apud Hugonem a S. Victore, Edmundum Cantuariensem et S. Bonaventuram. S. Thomas Aquinas in suis praedicationibus catecheticis homines docere voluit quid esset credendum, orandum, faciendum. In opere « Dieta salutis » Gulielmi a Lavicea tota materia ita ordinata est ut via salutis in novem itineribus describatur. Iter initium sumit a statu peccati per poenitentiam, oboedientiam, praecepta etc. usque ad caelum. Secundum idem schema compositum est opus superius citatum « Homo conditus » magistri Mathiae; quod opus repraesentat exemplum characteris soteriologici institutionis catecheticae in Suetia.

Cap. 5. *Credo, Pater noster* et *Ave Maria*. — Symbolum fidei dividebatur in 12 partes; nam exsistebat traditio sat antiqua secundum quam unumquemque duodecim Apostolorum die Pentecostes per inspirationem Spiritus S. protulisse fertur unum ex his 12 articulis symboli apostolici. Tempore sic dictae « Hochscholastik », quae numerum septenarium omnibus aliis numeris praeferebat, symbolum fidei duobus septenariis (2x7) constabat: 7 articulis de natura divina Christi et 7 de eius natura humana. — Etiam in explicatione orationis dominicae magni momenti erat eius subdivisio; divisio in septem preces valde antiqua est. In schemate Hugonis a S. Victore hae 7 preces repraesentabantur ut medicamenta contra 7 peccata capitalia et causae provocantes septem dona Spi-

ritus Sancti. Simili quoque modo *Ave Maria* in varios articulos dividebatur et secundum eos explanabatur.

Cap. 6. Septem peccata capitalia. — In eruditione catechetica medioaevali 7 peccata capitalia sunt magni momenti, praesertim in instructione occasione confessionis. Saepe illa describebantur ut antitheses 7 virtutum, 7 donorum Sp. S., 7 sacramentorum etc. In arte ecclesiastica, cuius monumenta adhuc exstant in Italia et Suetia, depicta est lucta virtutes inter et peccata.

Alii modi ad peccata describenda et enumeranda sunt, e.gr., 5 sensus, qui nominantur « fenestrae animae », per quas peccata ingrediuntur animam; talis modus invenitur apud Laurentium a Vaxala (in Suetia). Porro 6 peccata contra Spiritum S., i.e. sex diversae species peccati irremissibilis: desperatio, praesumptio, impugnatio veritatis, invidia fraternae gratiae, obstinatio et impaenitentia finalis. Dein 9 peccata aliena, 4 peccata in caelum clamantia, 12 peccata sic dicta damnata, quae in Deuteronomio XXVII, 15-26 enumerantur.

Cap. 7. Via perfectionis. — Inter categorias quae in institutione ecclesiae medioaevalis viam perfectionis constituunt, decem praecepta decalogi locum centralem occupant. Ista praecepta docent quomodo per oboedientiam erga Dei voluntatem manifestatam perfectio acquiratur et, negative, quomodo per inoboedientiam homo salutem animae amittat.

Ut medicina contra septem peccata capitalia commendantur septem opera corporalia et spiritualia misericordiae. Saepe haec opera in usu erant tamquam paenitentia in confessione et considerabantur ut eleemosyna. Ut talia inveniuntur in statutis poenitentialibus in Suetia, e.gr. in regesto ecclesiae Upsalensis (1344) et in « Summula » Laurentii a Vaxala.

Septem sacramenta docentur in connexione cum doctrina de Ecclesia vel simul cum symbolo fidei apostolico, sicut revera accidit apud magistrum Mathiam in opere « Homo conditus ».

Septem virtutes, quas primus Petrus Lombardus ex tribus virtutibus theologalibus et quattuor virtutibus cardinalibus coniunxerat, sunt media necessaria christiano qui tendit ad perfectionem. Idem dicendum est de septem donis Spiritus S., quae non iam cum baptismate, sed cum confirmatione iunguntur.

Septem beatitudines autem sunt fastigia eruditionis de via perfectionis. Iam S. Augustinus enumeraverat non octo, sed septem beatitudines; et inde ab Hugone a S. Victore schemati soteriologico inserebantur. Istae beatitudines sunt facultates animae quae hominem praeparant et disponunt ad beatitudinem caelestem hereditandam.

M. Schramm

Mario Mazzotti, *La Basilica di Sant'Apollinare in Classe* (= Studi di antichità cristiana, 21). Città del Vaticano, Pontificio Istituto di Archeologia cristiana, 1954. In-8°, XII-280 pp., tav. 8, fig. 93.

La migliore recensione di questa « monografia », completa sotto ogni punto di vista, è stata fatta dallo stesso Rettore dell'Istituto in cui il Mazzotti ha maturato il suo lavoro e la propria formazione scientifica.

In sintesi egli così presenta i risultati a cui è pervenuto il Mazzotti:

« Scoprimento e pubblicazione del Codice (cartaceo della Classense del 1511 contenente la descrizione della Basilica, prima della devastazione compiuta da Francesi e Ferraresi il 12 aprile 1512); nuova datazione della « Passio S. Apollinaris », spostata dal sec. VII agli inizi del sec. VI; studio d'insieme sugli antichi cimiteri cristiani di Classe, individuati ed elencati: probabile identificazione della tomba primitiva del Santo titolare; icnografia originaria della cripta sino ad ora ignorata; risultati degli scavi del 1949 e 1953 che hanno permesso di individuare il « Bema » e di affrontare con nuovi dati il problema dell'innalzamento dei colonnati della Basilica; *excursus* sulle strutture murarie ravennati; esame critico dei successivi restauri e ripristino dell'edificio; precisazioni nella datazione dei musaici, sarcofagi ed altre sculture ».

Nel campo agiografico due sono i risultati della critica testuale: la nuova datazione della « *Passio S. Apollinaris* » e la rivalutazione di leggende e documenti riguardanti le reliquie del Santo.

Circa la prima il Mazzotti si rifà alla tradizione manoscritta che risale al sec. IX (Vat. lat. 5771 e Reg. lat. 318). Partendo da questa data e confrontando la *Passio* con le testimonianze offerte dal Crisologo (sec. V), dall'epigrafe Massimianea riguardante la traslazione delle reliquie (sec. VI), dalle lamine d'argento (sec. IX) e dalla vita scritta da Agnello (sec. IX) ne ricava una duplice tradizione: quella rimaneggiata rappresentata dalla *Passio* dove, tra l'altro, si scambia la nazionalità degli uditori con le regioni di loro provenienza come campo di apostolato del Santo Vescovo; e la tradizione Agnelliana più genuina e più sobria nei particolari, ma concorde con quanto dice il Crisologo e l'epigrafe Massimianea (sec. V e VI). Altro notevole risultato è la disamina della « missione petrina » chiaramente enunciata dalla *Passio*, ma dovuta probabilmente ad una tardiva interpretazione dell'epiteto *apostolicus*, che ufficialmente si dava all'Arcivescovo di Ravenna almeno dal 523, come risulta dal papiro Marini LXXXV e da due epigrafi della metà del sec. VI riportate dall'Agnello.

Ultimo risultato è l'attribuzione della paternità della *Passio* al cosidetto Pseudo-Ambrogio, a cui pure è attribuita la « Passio S. Vitalis » dall'autore della « Passio S. Ursicini ». Ciò è molto significativo, perché la leggenda di S. Vitale era nota a Ravenna almeno agli inizi del sec. VI, come lo dimostra l'epigrafe che fu posta nell'ardica della basilica dedicata al Santo (pp. 16/17).

Come per altri Santi, anche per S. Apollinare la tomba primitiva non fu la « sedes aeterna » della sua salma, ma le reliquie del Santo peregrinarono dalla primitiva sepoltura — aderente, all'esterno, alla fiancata sud della Basilica — nell'altare posto sotto l'arco trionfale della nuova costruzione per opera di Massimiano (549); una parte venne trasportata in S. Apollinare nuovo, forse da Giovanni VII (sec. VIII) dando origine a contese tra i monaci delle due Basiliche.

Nel 1173 si ha la sentenza del Card. Ildebrando a favore della Classense: a questa ricognizione segue quella del Card. Soderini nel 1511; quattro anni

dopo i Camaldolesi trasferiscono le reliquie nella chiesa di S. Romualdo, da cui passarono nella metropolitana per ritornare a Classe nel 1654. Nell'anno 1874 l'Arcivescovo Moretti compì una ulteriore ricognizione, a cui seguì quella del 1950.

L'esame delle lamine d'argento dei secc. IX, X, XI trovate nel sepolcro di Classe e di quella plumbea rinvenuta in S. Apollinare Nuovo, e l'analisi dei testi confrontati con il decreto del Card. Ildebrando — riconosciuto per l'originale — hanno offerto notevoli prove circa l'identità delle reliquie del Santo riportate dopo le solenni celebrazioni centenarie nella primitiva dimora Classense.

Auguriamo all'Autore che a questi notevoli e solidi risultati possa aggiungerne altri di carattere ravennate, utili per la agiografia e la storia ecclesiastica.

Dante Balboni

Luciano Bartoli, *Atlante liturgico: arredi vari.* Padova, « Presbyterium », 1958. Cm. 26x35, 14 pp., 208 tabulae.

Quarto hoc volumine collectionis « Atlas liturgicus » fere perficit Auctor opus a. 1951 incaeptum (*Ephem. lit.* 67 [1953] 93, 386). In introductione breviter exponuntur normae circa ornatum supellectilis sacrae, idest baptisterii, tabernaculi, tribunalis paenitentiae, throni episcopalis, vexillorum, umbellae, pulvinarium, sacrorum oleorum, etc.

Sequuntur 208 tabulae seu descriptiones pro his omnibus rebus ornandis. Sunt exempla practica quae, etsi non adhibentur, tamen consilia vel ideas novas suggerere possunt. Notae explicativae harum tabularum habent tamquam fontem sacram Scripturam et liturgiam. Conferantur, v.gr., tabulae ornatus panni funebris: imagines et didascaliae desumptae ab his fontibus serenitatem et fiduciam inspirant. Qua itaque re in conficiendis pannis funebribus habeantur prae oculis traditiones antiquae, sicut nunc admiramur in coemeteriis christianis, et aboleantur solitae imagines mortem cum falce repraesentantes: mors siquidem, iuxta doctrinam christianam, est liberatio animae a vinculis saeculi et introductio in lucem aeternam, in locum refrigerii et pacis

I. B.

NOTITIAE

Anglia-Hibernia.

Troisième Conférence Internationale d'études patristiques. — Sous la présidence du Rev. Dr. H. Chadwick et du Rev. Dr. J.N.D. Kelly, avec le Rev. Dr. F. L. Cross comme secrétaire, la *Third International Conference on Patristic Studies* se tiendra à Oxford du 21 au 26 septembre 1959: la journée du 23 sera plus spécialement consacrée à la Liturgie: *Patristics and Liturgy.*

✧ Quelques livres intéressant la Liturgie.

John Betjeman, *Collins Guide to English Parish Churches including The Isle of Man* (plus de 4.000 églises). London, Collins 1958. 400 pp. + 64 pl. 30 *s.*

R. V. H. Burne, *Chester Cathedral from its Founding by Henry VIII to the Accession of Queen Victoria.* London, SPCK, 1958. X-273 pp. + 9 ill. 21 *s.*

Harold G. Leask, *Irish Churches and Monastic Buildings,* Volume Two. Dundalk, 1958. 162 pp. + nomb. ill. 35 *s.*

Rudolf Wittkower, *Art and Architecture in Italy 1600-1750.* (= The Pelican History of Art). London, Penguin Books, 1958. XXIII-428 pp. + nomb. ill. 70 *s.*

✧ *Congrès liturgique de Glenstal.* — Cette année un congrès liturgique se tient à Glenstal Priory, Murroe, CO. Limerick, Irlande, sous le présidence de son Excellence Mgr. Kinane, Archevêque de Cashel, les 7 et 8 avril 1959, et sera consacré aux problèmes de la Semaine-Sainte; le R. P. J. A. Jungmann, S. I., donnera une conférence, le 8, sur: *The History of Holy Week as the heart of the Liturgical Year.*

Austria.

Diebus 7-9 m. ianuarii huius anni 1959 convenerunt Vindobonae plus quam 400 sacerdotes ut in *V Congressu sacerdotali* tractarent argumentum *Pascha Domini sub aspectu liturgico et pastorali.* Multum disceptatum est quomodo celebratio Hebdomadae sanctae et festi Paschatis possit infundere in animos fidelium fructuosum impulsum pro eorum actuosa participatione ad vitam Ecclesiae.

Can. Petrus Tschinkel, abbatiae de Klosterneuburg, disseruit *de Morte et Resurrectione Christi iuxta Sacram Scripturam et Liturgiam*; Abbas Placidus Wolf, Secoviensis (*Seckau*), monstravit quomodo novi ritus eo tendunt ut fideles semper numerosi vitae Ecclesiae participent; parochus Vindobonensis J. E. Mayer loquutus est de *experientiis practicis habitis ex participatione actuosa fidelium ad celebrationem Sacrificii divini*; D. D. I. Wagner, Trevirensis, tractavit de *munere sacerdotis, assistentis, chori et populi in celebratione sanctae Missae*; A. Dolezal, parochus de Wiener Neustadt, egit de significatione sanctae Missae ad consequendum sensum communitarium inter fideles.

Em.mus Card. König, Archiepiscopus Vindobonensis, congressum claudens, loquutus est de momento communitatis sacerdotalis et de necessitate totis viribus deducendi in effectum curam Ecclesiae, ut sensus solemnitatis Hebdomadae sanctae et Paschatis reviviscat inter fideles.

Germania.

Die 9 iunii 1958 in Abbatia S. Mariae Lacensis (*Maria Laach*) annos natus 53 (1905-1958) obdormivit in Domino Rev.mus P. Hilarius Emonds, O.S.B., qui sua studia perfecit in Universitate Bonnensi, theologiam vero in Abbatiis Mariae Lacensis, Beuronensi et Salisburgensi. Coluit praesertim philologiam classicam. Nominatus, post mortem P. Odonis Casel, commentarii « Archiv für Liturgiewissenschaft » moderator, totis viribus in rem liturgicam incumbuit, sicut testantur eius articuli et accurata bibliographia liturgica edita in illo commentario.

Hispania.

VI Congressus internationalis studiis liturgicis provehendis. — Diebus 8-13 octobris, a. 1958, in Abbatia S. Mariae Montis Serrati (Barcinone) habitus est VI Congressus internationalis studiorum liturgicorum, cui interfuerunt viri peritissimi in re liturgica ex praecipuis nationibus. Locus, Abbatia PP. ex Ordine S. Benedicti, valde opportune selectus est, quia est centrum studiorum (sicut plurima opera liturgica magni momenti testantur) necnon actuosae vitae liturgicae: fideles enim libenter sacrum montem ascendunt ut participent solemnibus functionibus; insuper monasterium habet bonam bibliothecam, in qua parata est expositio codicum manuscriptorum dioecesium provinciae Tarraconensis.

Thema generale *Initiatio christiana* (sacramenta baptismi et confirmationis) tractatum est sub aspectu theologico, historico et textuali. En argumenta:

Theologia baptismi in Novo Testamento (D. D. S. Garofalo); *Theologia Patrum circa initiationem christianam* (D. D. I. Lécuyer, S. Sulpitii): *Theologia baptismi et confirmationis iuxta S. Thomam* (P. Sauras, O. P.); *Evolutio liturgiae Romanae baptismi* (P. A. Stenzel, S. I.); *Evolutio historica ritus confirmationis* (P. P. Gy, O. P.); *Initiatio liturgica in Oriente* (P. A. Raes, S. I.); *Initiatio christiana in ritu mozarabico* (Rev. I. F. Rivera); *Baptismus in ecclesia Mediolanensi saec. IV et medio-aevo* (Rev.mus P. Borella); *Significatio baptismalis Quadragesimae et octavae Paschatis* (Rev. A. Chavasse); *Inquisitio historica de baptismo in Missionibus* (Rev. I. Beckmann); *Problemata catechumenatus in Missionibus* (Rev. Xav. Seumois, P. B.); *Sacramenta initiationis christianae tamquam incorporatio ad Ecclesiam* (Rev. I. Pascher); *Ritus liturgicus consecrationis aquae baptismalis* (Rev. A. Olivar, O. S. B.); *Elementa structuralia et secundaria initiationis christianae Romae* (Rev. P. J. A. Jungmann, S. I.).

Italia.

Cura commentarii « Arte Cristiana » in lucem prodiit fasciculus quartus collectionis « Quaderni di Arte cristiana », *Arte funeraria* inscriptus (Milano, Scuola Beato Angelico, 1959; in-4°, 100 pp.).

Finis huius inquisitionis est praebere principia seu normas generales ad mo-

vendam cogitationem et meditationem, quae operi artificis dare possit conscientiam et cohaerentiam fidei christianae.

Ars funeraria evoluta est incomposite et extra traditionem, ita ut nunc sepulchra habeant formas tam diversas et saepe absque sensu.

In hoc fasciculo pars historico-archaeologica nos ducere vult ad fontes primae aetatis pariterque ostendere tempus quo ipsa ars christiana inquinata est ab arte pagana. Praeterea maius momentum tribuitur spiritui, scilicet exhibendo quid sepulchra significent hac vel illa forma constructa, quid loquantur animis. Hac in re in nostris coemeteriis magnum cahos habetur. Ergo non existit conscientia christiana coram morte et sensus praevalet fidei theologicae, vel minus, fides et conscientia non amplius aptae sunt ad ostendendum extra professionem fidei.

Optime ad rem affirmat Gaston Bardet: « Finché i cristiani non assumeranno di fronte alla morte un atteggiamento teologicamente esatto, non vi potrà essere un'arte funeraria cristiana veramente valida » (p. 9).

Thema evolvitur a viris peritis in sequentia argumenta: « *Quia pulvis es...* » (Gaston Bardet, moderator Studiorum in Instituto Superiore Internationali « Urbanistica applicata » Bruxellis, pp. 7-12); ***Problemi urbanistici della sepoltura*** (Roberto Auzelle, pp. 13-20); *Il cimitero cristiano nei primi quattro secoli* (Dante Balboni, Bibl. Apost. Vaticana, pp. 21-26; *Dalla basilica cimiteriale al cimitero moderno* (Umberto M. Fasola, pp. 27-32); *Il sepolcro cristiano dal medioevo a oggi* (Giacomo Bettoli e Schola « B. Angelico », pp. 33-43); *Il cimitero nelle prescrizioni canoniche* (Virginio Rovera e Pont. Facultate theologica, Venegono, pp. 44-50).

Tabulae (*tavole*) octoginta septem sequuntur a pag. 51 ad 100.

✧ *Come pensa, come prega, come agisce la Chiesa nella liturgia* est argumentum epistolae pastoralis pro Quadragesima editae ab exc.mo C. Rossi, episcopo Bugellensi (= *Biella*), praeside CA.L. (Biella 1959, in-8°, 20 pp.). In I parte exponit Exc.mus praesul motum liturgicum, documenta pontificia et recentes reformationes liturgicas necnon finem harum restaurationum, quae eo tendunt ut fideles se noscant membra communitatis christianae, scilicet Corporis mystici Christi, ac melius agnoscant ritus Ecclesiae ut plenius participent sacrae liturgiae indeque copiosos fructus percipiant. In II parte agit de spiritu liturgiae, qui tribus elementis componitur: religiositate (liturgia est enim religio), loco essentiali et centrali Christi, sensu communitario. In III parte liturgia praesentatur tamquam schola practica veritatis christianae; in IV tamquam cultus Corporis mystici Christi. In ultima parte tractatur de liturgia tamquam medio salvifico animarum per Sacrificium Missae, sacramenta, cyclum liturgicum, cultum sanctorum, consecrationes et benedictiones.

✧ In commodum lectoris referimus titulos quarumdam epistolarum episcoporum occasione temporis quadragesimalis.

Invito all'Eucaristia, sacramento d'amore (exc.mus N. Mosconi, ep. Ferrariensis); *Il congresso eucaristico nazionale di Catania* (exc.mus A. Paino, ep. Messinensis); *Dio e noi nella Messa* (exc.mus D. Melchiori, ep. Derthonensis); *La comunione* (exc.mus F. Imberti, ep. Vercellensis); *La parrocchia* (exc.mus S. Russo, ep. Iacensis, G. M. Mazzocco, ep. Adriensis. G. Lucato, ep. Aeserniensis, et G. V. Gremigni, ep. Novariensis); *Il vescovo* (exc.mus F. Monaco, ep. Calatanisiadensis); *Parrocchia, piccola chiesa* (exc.mus G. Mocellini, ep. Comaclensis); *La partecipazione dei fedeli alla S. Messa* (exc.mus L. Boccadoro,

ep. Montis Falisci et R. Massimiliani, ep. Civitatis Castellanae); *La Messa* (exc.mus A. Salvucci, ep. Melphictensis); *Il Corpo mistico* (F. Orlando, ep. S. Severi); *La nostra grande famiglia: la diocesi* (exc.mus P. A. Grivellari, ep. Triventinus); *La musica sacra e la sacra liturgia* (exc.mus L. Marcante, ep. Valvensis et Sulmonensis; *La SS. Eucaristia* (exc.mus M. Bergonzini, ep. Volaterranus); *Educare il popolo al senso della liturgia* (exc.mus I. Amici, archiep. Mutinensis).

✧ Cultus erga SS. Eucharistiam refulget ex custodiis affabre factis hoc venerabile Sacramentum exornantibus. D.D. A. Barzon (*Edicole e tabernacoli nella storia dell'Eucaristia*; Padova, Tipografia Antoniana; in-8°, 11 pp.) hanc historiam texit pro dioecesi Patavina.

Ex relationibus visitationum episcopalium inde ab a. 1424 elucet quanta cura adhibita sit a pastoribus in ferendis legibus circa custodiam SS. Sacramenti vel in minimis. Iam saeculis praeteritis percrebuit cultus publicus, seu adoratio erga Sacramentum absconditum; adoratores sicut confraternitates hic illic fundari caeperunt. Sacramentum, quod prius in « fenestellis » in pariete positis vel in « columbis » asservebatur, nunc ponitur in altari maiore. Quae I. M. Giberti, episcopus Veronensis (1495-1543) praescripserat de ponendo tabernaculo in altari maiore, postea vim legis a Concilio Tridentino obtinuerunt.

Ecclesia Patavina possidet tabernacula affabre constructa, quae testantur tum devotionem populi erga augustum Sacramentum, tum fidem et ingenium artificum.

Suecia.

Inde ab anno 1957 claris viris studio deditis Ake Andrén (Upsalensi) et Sven Kjöllerström (Lundensi) collectio seu potius *Bibliotheca theologiae practicae* initium sumpsit, in qua nonnulla volumina ad rem liturgicam spectantia edita sunt, uti v. gr.: Olf Björkman, *Stilla veckan i gudstjänst och fromhetsliv* (cfr. recensionem in *Ephem. lit.* 72 [1958] 71-74); Sven Helander, *Ordinarius Lincopensis och dess liturgiska förebilder* (cfr. recensionem in *Ephem. lit.* ibid.); Bengt Ingmar Kilström, *De kateketista undervisningen i Sverige under medeltiden* (de qua recensio in hoc fasciculo, pp. 152-154).

China.

In Sinis, recurrente 25° anniversario a fundata Societate « Catholic Truth Society », in lucem prodiit opus « Liturgical Week Chart » ad usum paroeciarum, scholarum et familiarum. Finis est: adiuvare fideles ad cognoscendam et intimius vivendam sacram liturgiam Ecclesiae. *Album* magnae dimensionis ita factum est ut in eo faciliter inseri possint variationes hebdomadales, idest quatuor anni tempora, pia exercitia menstrua, color paramentorum, festa fixa et mobilia necnon dominicae.

Album adhiberi potest sive in templis, scholis et familiis et, mutatis insertionibus, rationem reddit de actuositate liturgica in his diversis locis.

IOSEPH PIZZONI, *Sponsor*

IMPRIMATUR: † A. TRAGLIA, *Archiep. Caesarien., Vicesgerens*

Autorizzazione del Tribunale di Roma, 27 gennaio 1951

Istituto Grafico Tiberino - Roma, Via Gaeta 14

RECENSIONES

Pag.

G. A. Jungmann, La liturgia della Chiesa (*I. B.*) 149

Th. Schnitzler, Meditazioni sulla Messa (*I. B.*) 149

J. Daniélou, Bibbia e liturgia (*I. B.*) 150

G. Baldeschi, Sacre cerimonie, ediz. 10ª e 11ª (*M. Bisagni*) . . . 151

B. I. Kilström, Den kateketiska undervisningen i Sverige under medeltidem (*M. Schramm*) 152

M. Mazzotti, La basilica di Sant'Apollinare in Classe (*D. Balboni*) . . 154

L. Bartoli, Atlante liturgico: arredi vari (*I. B.*) 156

OPERA AD DIRECTIONEM MISSA

Opera de liturgia tractantia, omnia in proximis Ephem. lit. fasciculis recensebuntur; cetera semel tantum hic elenchantur

---

A. Boschi, S.I., *Liturgia e musica sacra.* Importante Istruzione della S. Congregazione dei Riti del 3 settembre 1958. Estratto da « Palestra del Clero » Rovigo, Istituto Padano di Arti Grafiche, 1959. In-8°, 46 pp.

A. Boschi, S.I., *Solutio casuum de re morali ac liturgica, qui a. 1958 propositi fuerunt in Insula Sardiniae.* Cagliari, Scuola Tipografica Francescana, 1959. In-8° 62 pp.

Synkletika Grün, O.S.B., *Psalmengebet im Lichte des Neuen Testamentes.* Regensburg, F. Pustet, 1959. In-16°, 484 pp.

Istruzione della S. Congr. dei Riti sulla Musica sacra e la Liturgia. Introduzione di P. F. Antonelli, O.F.M. Milano, « Vita e Pensiero », 1959. In-32°, 82 pp. Lit. 150.

Card. G. Lercaro, *Small Liturgical Dictionary* edited by J. B. O' Connell. London, Burns & Oates, 1959. In-16°, 248 pp.

Il libro della sposa. Preghiere per la sposa cristiana. Milano, Vita e Pensiero, 1958. In-32° (cm. 12×8), 160 pp.

Living Parish Week. A Report. Full Text of the Papers and Discussions. Sydney, Pellegrini & Co., 1958. In-8°, 192 pp.

A.-G. Martimort et F. Picard, *Liturgie et Musique.* L'instruction de la S. C. des Rites du 3 septembre 1958, traduite intégralement et commentée (= Lex orandi, 28). Paris, Editions du Cerf, 1959. In-8°, 232 pp.

C. Pera, O. P., *Genesi del pensiero cristiano.* Roma, Presbyterium, 1958. In-16°, 212 pp.

EDIZIONI LITURGICHE - ROMA

VIA POMPEO MAGNO, 21 — TELEFONI 353.114 - 350.628 — C/c p. 1/32560

SPECIMEN EXAMINIS ORDINANDORUM

Editio VI post Codicem novissimis Pp. Pii XII et S. Sedis actis conformata.

1959 - In-16°, 284 pp. - Lit. 600 - $ 1,00 - Linteo contectum Lit. 900 - $ 1,50

G. BALDESCHI, C. M.

LE SACRE CERIMONIE

I. Funzioni ordinarie e straordinarie. - II. Funzioni pontificali

11ª editio 1959. In-8°, 524 pp. - Linteo contectum Lit. 1.600 - $ 2,50

Haec nova editio celebris manualis sacrarum caeremoniarum prodiit iuxta novissima decreta S. Sedis. Additum est caput de assistentia pontificali ad Missam solemnem.

GABRIELE M. BRASÒ, O.S.B.

LITURGIA E SPIRITUALITA'

1958 - In-8°, 310 pp. - Lit. 1.200

« L'opera del dotto Benedettino spagnuolo si distingue da altre divulgazioni per solidità di fondamenti teologici e per sobrietà e chiarezza di esposizione... Il libro, per alcuni dei punti più importanti della "Instructio de musica sacra et de sacra liturgia", ove si tratta della partecipazione dei fedeli alla s. Messa, è un ottimo commento e un utilissimo catechismo ».

P. G. Löw, C.SS.R.

CRITERIO

La Gran Revista Católica de la América Latina

Aparece los segundos y cuartos jueves del mes

Temas de actualidad - Comentarios - Pensamiento pontificio - Documentos - Liturgia - Artes Plásticas - Teatro - Cine - Música - Información - Libros.

Suscripción anual: $ 130. — mon. arg.

Editorial CRITERIO, Alsina 840, Buenos Aires

VOL. LXXIII 1959 FASC. III

EPHEMERIDES LITURGICAE

SUMMARIUM

DISSERTATIONES Pag.

J. Froger, Le Concile de Trente a-t-il prescrit de donner des explications en langue vulgaire pendant les cérémonies liturgiques? 161

NOTAE

A. Hollaardt, A propos du Graduel « Locus iste » de la Messe de la Dédicace 206
G. M. Beyssac, Heures et devinettes 212
P. Borella, L'effusione del crisma 216
J. B. Molin, Pour une bibliographie des rituels 218

IUS ET PRAXIS

Declaratio 225

RECENSIONES (v. in III involucri pagina) 227

NOTITIAE 237

Acta S. Sedis — Belgium — Cecoslovachia — Gallia — Germania — Hispania — Hollandia — Italia — Luxemburgum — Canada — Australia — De re liturgica orientali.

EDIZIONI LITURGICHE — ROMA

Spedizione in abbonamento postale - Gruppo IV.

EPHEMERIDES LITURGICAE

COMMENTARIUM BIMESTRE DE RE LITURGICA
CURA ET STUDIO PRESBYTERORUM CONGREGATIONIS MISSIONIS

DIRECTIO ET ADMINISTRATIO — ROMA (608) — VIA POMPEO MAGNO, 21
TEL. 350.628 - 353.114 — c/c P. 1-16013

DIRECTOR

A. BUGNINI, C.M.

Professor in Pont. Athenaeo de Propag. Fide et in Pont. Institutis Musicae Sacrae, et Pastorali

CONSILIUM REDACTIONIS

I. M. HANSSENS, S. I., Professor in Pontificia Universitate Gregoriana.
L. C. MOHLBERG, O. S. B., Prof. in Pontificio Inst. Archaeologiae Christianae.
I. MUSANTE, Pontificiae Academiae Liturgicae Censor.
A. PALADINI, C. M., S. C. Rituum et S. C. Caeremonialis Consultor.
I. PIZZONI, C. M., S. C. Rituum Consultor et Pont. Academiae Lit. Moderator.
Pro sectione biblica: G. Castellini, Sem. regionale « La Quercia » - Viterbo.
Pro sectione musicali: Rev.mus Dr. C. Eccher, Seminario Maggiore - Trento.
I. BELLOCCHIO, C. M., *a Secretis*.

CORRESPONDENTES

Anglia: Dom Louis Brou, O.S.B. (Quarr Abbey, Ryde, I. o. W.). ***Gallia***: Fernand Combaluzier, C.M. (95, rue de Sèvres, Paris - VI^e^). ***Germania***: Rev. Bernhard Puschmann (Vallendar a. Rhein, Schönstatt, 3). ***Canada***: Dom Augustine Kalberer, O.S.B. (Westminster Abbey, Mission City, B.C.); Marcel Dubois, C.SS.R. (Mont-St-Joseph, Aylmer - Est P.Q.). ***Hispania***: Dom Adalberto M. Franquesa, O.S.B. (Monasterio de Montserrat, Barcelona). ***Hollandia***: Dom Ambrosius Verheul, O.S.B. (Abdij Affligen, Hekelgem); Rev. Cornelis Verwoerd, C.M. (Nijmegen, Ubbergseweg, 172). ***Status Foederati Americae Septemtr.***: Rev. Philip T. Weller (Box 1246, Catholic University, Washington 17, D.C.). ***America Centralis et Meridionalis***: Rev. Agustín Born (Reconquista 336 p. 4 Ap. K, Buenos Aires - Argentina). ***Italia***: (pro ritu Ambrosiano): Can. Pietro Borella (Milano, p. Duomo, 16)

Literae initiales, quae *Notitiis* et *Bibliographiae* subscriptae inveniuntur, singularum Nationum correspondentes indicant. Quae non subsignantur, periodici Redactioni adscribendae sunt. — Quilibet auctor, qui in nostro periodico dissertationem, vel recensionem aut relationem ediderit, ipsemet, non vero Directio, de sua dissertatione, relatione et iudicio sponsor erit.

Consociationis annuum pretium (1959): In Italia L. 2000 - extra Italiam $ 5.
De pretio autem voluminum annorum praecedentium singillatim conventio fiet cum requirentibus.

Fasciculus singularis: In Italia L. 600 - extra Italiam $ 1,00.

LE CONCILE DE TRENTE A-T-IL PRESCRIT DE DONNER DES EXPLICATIONS EN LANGUE VULGAIRE PENDANT LES CEREMONIES LITURGIQUES? *

§ 3. INTERPRÉTATION DES TEXTES

Après avoir cité les textes qui concernent notre sujet, nous allons en donner un commentaire qui en fasse ressortir la signification [41].

I. Le sacrifice de la messe

A) Première série de délibérations

1) *Délibérations des Théologiens.*

L'article IX proposé à l'examen des Théologiens résume les revendications des protestants: selon eux, la messe, en vertu de son essence, doit être « intelligible »; aussi condamnent-ils l'usage, en vigueur dans l'église romaine, qui consiste à dire le canon à voix basse, et prétendent que la messe ne doit être célébrée qu'en la langue vulgaire. Comme les revendications protestantes sont formulées au nom du dogme, c'est en principe la condamnation d'hérésie qui les menace, et c'est elle, en effet, que vont demander la majorité des Théologiens et des Pères.

5. Quant au sacramentaire de Monza, le détail des formulaires montre, à l'évidence, qu'il dérive, ***entre autres sources***, de deux exemplaires du gélasien du VIII^e siècle. L'un d'eux appartenait à la lignée du sacramentaire de Gellone (G 1), car il possédait déjà les formulaires des Rogations propres à cette lignée, ainsi que les oraisons ***super populum*** ajoutées aux dimanches après la Pentecôte. L'autre exemplaire appartenait à la recension *y*, dont M présente à peu près toutes le modifications, mais cet exemplaire avait déjà les formulaires des Rogations sous la forme qu'ils ont dans PAR et à la place que leur donnent AR.

---

37 Additions et modifications propres à STr, pour les formulaires de messe, seuls examinés ici. A titre d'exemples, signalons S 81,5 = Tr 80,5; S 82,4 = Tr 81,4; S 99, 10 et 12 = Tr 100, 10 et 12; S 132,7 = Tr 133,7; S 214, 1, 6 et 9 = Tr 216, 3, 4 et 7.

38 L'édition est préparée par le Pr A. Hänggi, l'excellent éditeur du *Liber Ordinarius* de Rheinau.

Les rapports de ces différents témoins du gélasien du VIII[e] siècle sont donc bien plus complexes qu'on ne l'avait pressenti. Ils ne s'alignent pas les uns derrière les autres, en allant du moins grégorianisé au plus grégorianisé. Si l'on désire représenter graphiquement leur rapports, il faut le faire comme dans le graphique ci-après.

Dans ce graphique, *x* représente l'archétype; G 1, l'exemplaire supplémenté d'où dérive G, et qui a partiellement influé sur APR, et plus complètement sur M; *y* représente la recension systématique à laquelle se rattachent STrRPA(M); *z* désigne l'étape à laquelle se rattachent APR(M), qui ont tous subi l'influence partielle de G 1.



Strasbourg, Mai 1959.

A. CHAVASSE

DE ORIGINIBUS LITURGIAE ROMANAE IN HUNGARIA SAECULI XI

Conamina Sancti Stephani († 1038) Regis Hungarorum, felici coronata successu, ad regnum suum nuper exaedificatum ab influxu Imperii Germano-Romani protegendum fere omnibus cognita sunt. Cum ea ex causa peculiarem pro Hungaris metropoliam, exempla Sanctorum Cyrilli et Methodii secutus, erigi curabat; initia ista, aliter ac genti Slovaccorum, prospero demum exitu sunt terminata. Metropolia ecclesiae Moravitanae, a Methodio condita, post mortem ipsius dissoluta est, episcopatus vero Bohemiae Pragensis potestati metropolitae diversae nationis, Moguntini nempe, subiiciebatur, atque, uti solitum illo aevo medio, arctiori dependentiae ecclesiasticae haud dissimilis in rebus politicis, necnon cultui humanitatique pertinentibus dependentia comitabatur. Periculum hoc Sanctus Stephanus feliciter evitavit. Quaestio tamen solvenda remansit, quinam ad ecclesiam Hungariae exstruendam laboremve missionarium assumantur, quive Hungarorum regnum ingenio inserant Europaeo. Dum pater ipsius, princeps Geysa, opem Germanorum praeferebat (filio suo principem — feminam Bavariae uxorem iungit, — equites Germanos, recentes armaturas inducendi gratia, invitat, — ac sacerdotes missionarios Germanos: Wolfgangum Piligrimque subditos, advocat), tunc S. Stephanus duodecim monachorum Latinorum coloniam mittit ex monasterio S. Bonifatii et Alexii Urbis in S. Montem Pannoniae, qui in Bohemiam a S. Adalberto a. 993 adducti sunt (PL 137, 847 s.). Uti ex investigationibus recentius institutis apparet, monachi et sacerdotes missionari e longinquis Occidentis regionibus, nempe ex Imperio Francisco, adducuntur. Monachi ex Gallia oriundi inter episcopos primo denominatos inveniuntur: Bonipertus Sopianae, Georgius Colocensis, Liduinus vero Bihariensis episcopus. Ipse cum S. Odilone, abbate Cluniacensi, epistolarum coniungitur commercio. Coronam regni quoque necnon potestatem ad ecclesiam constituendam a Summo Pontifice Silvestro II, ex regno Francorum oriundo, accepit.

Origines liturgiae Latino-Hungaricae, certissime, ante annum 1938 indagari non potuerunt. Antea enim duo solummodo codices ex universo tempore regum Arpadorum cogniti erant: Sacramentarium sic dictum Boldvense, quod etiam nuperrime, una cum Sermone funebri in ipso contento, in priore tertia parte saeculi XIII confectum esse putabatur, — et Missale Németujváriense, ex eodem saeculo XIII quod tamen penitus ignorabatur, si nudum factum exsistentiae excipias, donec anno 1947 contenta textusque

ipsius a me ederentur [1]. Per duo decennia vero proxime elapsa fontes liturgici numero decem, innotuerunt, ex quibus septem saeculo XI orti sunt. Sacramentarium quoque Boldvense, revera saeculo XII compositum, in origine nostrae liturgiae indaganda adhiberi potest, indole eiusdem exemplari attenta.

In sequentibus duas solvere conamur quaestiones. Primo quaeritur unde liturgia nostra asportata sit. Communiter ad instar dogmatis, uti responsio obvia habetur dictum eximii Melchioris Zalán, viam investigationum aperientis de Sacramentario Boldvensi: « Ex orationibus Missarum pro certo haberi oportet eam per colum ingenii Germanici nobis pervenisse, et apud nos quoque paululum alteratam esse » [2]. Hypothesim istam, a priori statutam, plurimi, etiam alienigenae, acceptarunt, cuius rei testis peritus excellens, Germain Morin, habetur, qui anno 1926 in « Jarbuch für Liturgiewissenschaft » extracta trium manuscriptorum liturgiae Hungaricae saec. XI per seipsum in Zagreb inventorum publicavit. Ipse aliquantulum perculsus inopinato eventu loquitur: « Nous trouvons ici, d'une façon inattendue nombres de messes propres, de Saints locaux de France, de la Normandie en particulier..., qui jamais se serait attendu à trouver tous ces saints français au calendrier d'un monastère hongrois, à cette époque reculée? » [3]. Inopinate revera patuit originem Germanicam, quae supponi consueverat, rerum veritati contradicere. Quaestio enim originis non a priori, sed ex investigatione manuscriptorum dirimenda est. Etenim tribus codicibus a Morin inventis tres alii per Carolum Kniewald additi sunt atque eiusdem industria etiam priores, a Morin editi, cum omni sollertia examinati et pro emolumento historiae liturgicae culturalisque patriae nostrae patefacti sunt. Diligenti inspectione textuum istorum citra omne dubium affirmari potest liturgiam nostram saec. XI originem ex Gallia septentrionali manifestare. Exinde autem secunda emergit quaestio: origine Gallica liturgiae nostrae demonstrata, per quasnam manus translata censeatur?

I. De origine francogallica liturgiae Hungaricae

Origo francogallica librorum liturgicorum aevi Arpadorum 1001-1301) in dubium vocari nequit. Attendendum est libros istos exemplaria esse liturgiae Hungaricae, quandoquidem codices liturgici, quibus in Hungaria saeculi XIV-XVI utebantur, indolem Francogallicam semper retinent.

---

1 *Libri liturgici manuscripti bibliothecarum Hungariae*. Budapest, 1947, I, pp. 59-65.

2 *Magy. Könyvszemle* 1927, p. 62.

3 *Manuscrits liturgiques hongrois des XI et XII siècles*, in *Jahrb. f. Liturgiewissenschaft*, 6 (1926) 63 s.

Hi numero Sanctorum Galliae ad finem usque medii aevi redundant, consuetudines liturgicae ex Gallia, non vero ex Germania translatae usque ad Petrum Card. Pázmány deveniunt, quippe qui a. 1632 demum liturgiam Hungaricam abolevit; ritus benedictionum maiorum anni liturgici ex eadem regione Francogallorum repetenda, inde Ordo Missae transplantatur, ibidem auctor Planctus B. M. V. Lovaniensis quaerendus, cuius indoles paraliturgica usus non Germanis sed francogallis proprios arguit. Perlustratio ista intrinseca fontium maximi est momenti, ex qua quippe liturgia nostra, cuius nec fontes adhuc integre publicati sunt, elaboratio vero synthetica penitus deest, revera e Gallia septemtrionali originem duxisse probatur. Etiam locus originis nonnullorum librorum statui licet: sic Biblia Radonis ex Abbatia S. Vedasti, una cum Sacramentario Boldvensi procedere, exemplaria codicis de Hahót ex Fontanello (*Fontenelle*) Pontificalis Hartwickii ex Rotomago (*Rouen*), Evangeliarium Nicolai Oláh cum Codice a Szelepchényi nuncupato ex Leodia (*Liège*) orta esse constat.

Liber usui liturgico destinatus in Hungaria antiquissimus, de cetero omnes libros in Hungaria confectos, quorum manuscripta originaria nobis remanserunt, antiquitate praecellens est *Codex Szelepchényianus,* qui hodie possessioni Capituli Nitriensi (*Nyitra*) pertinet. Momentum eius respectu historiae liturgiae, praeter sensum pondusque culturale-historicum iam bene notum, haud negligendum esse Prof. Carolus Kniewald ostendit. Auctor praesentis studii, ab eodem admonitus, accurate ac copiose de codice isto tractavit [4]. Pericopas evangelicas in eo contentas intra 1073-1083 pro patria nostra descriptas esse iam ex investigationibus clarescit. Iamvero liber hic antiquissimus liturgiae Hungaricae sine dubio de exemplari Francogallico confectus est. Pericopae anni liturgici (De tempore) ex toto fere cuidam systemati pericoparum in imperio Francorum saec. X late divulgato conveniunt; festivitates locales autem in catalogo festorum (Sanctorale) contentae indubie partes meridionales imperii Francorum indicant. Praeter Sanctos Francogallos etiam tales celebrantur, qui saec. XI cultu tantum locali colebantur (Medardus, Gilbertus, Lambertus).

Alius codex saeculi XI, *Evangeliarium Nicolai Oláh* (Bibliothecae Archidioecesis Strigoniensis), ratione obviae similitudinis, fere exemplar praecedentis haberi debet. Locus, cui destinatus est, apprime determinari potest, et quidem certissime usui dioecesis Leodiensis (*Liège, Lüttich*) deditus, cum omnes illius loci sanctos complectatur [5].

---

[4] *Le plus ancien livre liturgique de Hongrie,* Hazánk legrégibb liturgikus könyve, a Szelepchényi-kódex, Magy. Könyvszemle 1939, pp. 352-412.

[5] Radó, *op. cit.*, sub n. 1, p. 2.

Fons alter maximi momenti nostrae liturgiae est *Sacramentarium* primum, hodiedum conservatum, in codice *pro monasterio Haót,* dioecesis Vesprimiensis, saec. XI composito, cuius praestantiam C. Kniewald optime monstravit [6]. Ibidem missae S. Stephani, S. Emerici, S. Gerardi, necnon Ss. martyrum Zoboriensium (*Zoborhegy*) Zoerardi (*Szólád*) et Benedicti inveniuntur. Originem quod attinet Missalis antiquissimi Hungarici, exemplar huius pro monasterio Fontanellensi Galliae septemtrionalis paratum esse pro certo habetur. Expressio « Beatissimi Patris nostri » inscriptioni missae S. Audoeni, a quo, utut episcopo Rotomagensi, monasterium praedictum institutum erat, mechanice apposita est etiam in regno Hungariae. Nullum in hoc codice influxus germanici vestigium detegi potest.

Agendae Pontificalis, saec. XI exeuntis in Zagrabia repertae, momentum iterum vix satis extolli potest. Ut a Morin et Kniewald statutum est, Pontificale istud usui Jaurini (*Győr*) destinatum ideo sane magni aestimandum, quia e singulis caeremoniis eiusdem liturgia Hungarica Croaticaque evolvebatur [7]. In hoc libro ritus speciales hungarici administrationis sacramentorum Baptismi, Confirmationis, Extremae Unctionis Ordinisque exhibentur. Monumentum hoc pretiosissimum liturgiae sacramentalis Hungaricae originem e regione Gallica clarissime prodit. Cuius aestimatio eo magis extollenda videtur, quod in ipso duo antiquissimi ludi dramatici liturgiae Hungaricae continentur, quorum unus, ille « Tractus stellae », a Géza Karsai abunde perlustratus [8], alter vero officium Sancti Sepulchri Feriae Sextae in Parasceve; ambo a Joanne Abrincensi (*Jean d'Avranches*) episcopo Rotomagensi compositi.

Item studio duorum peritorum supra laudatorum repertus est nobisque innotuit *Benedictionale saeculi XI* haud negligendum, quod certo usui ecclesiae cathedrali Strigoniensi destinatum erat [9], sicut ex enumeratione ordinandorum pro locis piis potestati Strigoniensi subiectis videri licet (ecclesia cathedralis Strigoniensis, Basilica S. Mariae Albae Regiae, capitulum collegiale a Ss. Petro et Paulo nuncupatum in Óbuda, monasterium S. Hippolyti Zoboriensis, abbatia S. Margaritae in Dömös). Huius venerabilis monumenti liturgici, liturgiam Sacramenti Ordinis quoque, praeter alia, continentis, indoles francogallica patet, quandoquidem tota collectio benedictiones pontificales stili gallicani in Gallia septemtrionali ortas complectitur.

Vindobonae (Nationalbibliothek) sic dicta *Biblia Radon* servantur.

---

[6] *Pannonhalmi Szemle,* 1938, pp. 36-54; *M. Könyvszemle* 1938, pp. 97-112; *Das Sanctorale d. ältesten ung. Sakramentars,* in *Jahrb. f. Liturgiewissenschaft,* 15 (1935) 1-21.

[7] Morin, *Jahrb. f. Liturgiewissenschaft,* 6 (1926) 54-61.

[8] *Pannonhalmi Föiskola Évk,* 1942-43, pp. 7-312.

[9] Kniewald, *Magy. Kszemle* 1941, pp. 213-231.

Quae saeculo XI pro abbatia S. Vedasti (*St. Vaast*) descripta sunt, atque annotationes in eis inventae, quibus pericopae festis diebusque dominicis praelegendae designantur, singulare eidem addunt pretium. Index iste pericoparum, qui ex argumentis a Kniewald prolatis in Hungaria antiquissimus duci debet, iterum, uti videtur, originem francogallicam testatur [10].

Eodem modo pericopae designatae continentur in *Evangeliario* quodam detruncato, Zagrebiae conservato, in usum Hungaricum saeculo XI destinatae. Influxus Francogallicus in isto codice a Kniewald eo demonstratur, quod imagines symbolicae St. Lucae et Ioannis evangelistarum eaedem, ac in codice Sacramentarii Gellonensis habentur [11].

Ex ultimo decennio saec. XII derivandum est monumentum potissimum respectu historico-culturali atque liturgico-historico: *Sacramentarium* nempe *Boldvense*, seu Codex a Pray nuncupatum [12]. Monumentum varietate abundantissima divitiisque liturgicis aevi Arpadorum omnia alia supereminet, non solum ratione *Sermonis funebris,* quem hungarice exaratum exhibet, sed etiam propter indolem collectionis. In isto continetur *Calendarium Magnum,* in Hungaria antiquissimum de tali genere, quod pro singulis mensibus etiam regulas hygienicas attentionem excitantes profert: quando venas incidere oporteat, qualive mense balneis utendum, quando calida quando frigida, quonam tempore dulcia alimenta, iterum quando purgativa sumenda, edocet. Complectitur etiam *Chronicon Posoniense,* maximo pollens pretio historico, necnon *Explicationem Missae* symbolicam, hucusque incognitam. Affert etiam *Rituale breve* in quo, praeter cetera ritus aspersionis aquae benedictae diebus Dominicis, ritus impositionis lapidis primarii ecclesiae aedificandae, tempora adhuc missionum revocans, ritus sepeliendi cum Sermone funebri inveniuntur. Iamvero fontis istius liturgici origo francogallica, diligenti perscrutatione peracta, manifeste apparet. Dioecesim Atrebatensem (*Arras*) indicat triplex Missa (6. Febr., 1. Oct., 26. Nov.) in honorem Vedasti, episcopi Atrebatensis, necnon Amandi, episcopi Traiectensis ad Mosam (*Maastricht*). Animadvertendum eundem Vedastum abbatiae S. Vedasti in dioecesi Atrebatensi fundatorem exstitisse. Exemplar Calendarii magni quoque detegi licuit, et quidem in duobus codicibus, pro abbatia S. Vedasti saec. X descriptis, quorum unus est Sacramentarium Ratoldi, alter nunc temporis Leningradi conservatur.

J. Jungmann, excellentissimus monographista historiae Missarum, co-

---

10 *Zagrebački liturgijski kodeski XI-XIV. stoljeca*. Zagreb, 1940, pp. 2-3.

11 Kniewald, *op. cit.*, pp. 112-113.

12 Investigationes atque bibliographia hunc respicientes in articulo meo exponuntur: Irod. tört. 1944, 49-55; argumentum vero eiusdem vide in op. sub 1. citato I. 31-65.

dicem Prayensem copiose tractans, ordinem in illo contentum, typum circa annum 1000 in quadam Normannie regione confectum (recentissime a denominatione « Séez-Gruppe » recedens eum « Ordinem Missae Rhenanum », Rheinischer Messordo nominat) mira fidelitate retulisse affirmat [13].

II. De transmittentibus liturgiae Hungaricae saec. XI

Spectata indole Benedictina omnium librorum liturgicorum saeculi XI-XII, attentisque ipsis missionariis ex eodem ordine, adhuc unice exsistente, emissis, manifestum est, congregationem aliquam monasteriorum in Gallia septemtrionali a nobis quaerendam esse, et quidem patriae nostrae aliquatenus connexam: quae congregatio per se loquendo etiam cluniacensis esse posset, secundum opinionem a Fr. Galla propugnatam, quae, uti Fr. Galla inculcavit, connexiones cum patria nostra inivit, iam tempore S. Stephani regis (c. annum 1000). Cum vero libri liturgici nostri saeculo XI-XII nullum vestigium eiusmodi connexionis ostenderint, Congregatio monastica Cluniacensis nullum in liturgiam hungaricam influxum immediatum exercere potuit. Defectus Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum necnon festi S. Maioli in libris nostris liturgicis sufficienter de hac re testatur. Ceteroquin vis spiritualitatis cluniacensis nunc temporis modo a nimietatibus Sackur, eximii historiographi motus cluniacensis, longe diverso aestimari solet [14]. Auram religiosam saec. X-XI uniformitate tali caruisse investigatio recentior ostendit. Nominatim Zimmerman a. 1934 [15], ph. Schmitz a. 1942 [16], noster L. Csóka a. 1943 [17], omnesque praedictos peremptorio modo exsuperat Kassius Hallinger opere suo magno a. 1950-51 duobus tomis edito [18].

Iam diu peritis innotuit necessitudo illa, quae inter confoederationem monasteriorum, in regione septentrionali Galliae necnon per Lotharingiam Flandriamque influxum exercentium, cum eius fundatore Richardo, abbate S. Vitonis (*St. Vannes*) (1004-1046) regesque Hungariae intercessit. Quae necessitudo primo a Pfister [19] et O. Ringholz [20] eodem anno 1885 ab invicem tamen prorsus independenter perspecta est; dein ab ipso Ernst Sackur,

---

[13] *Missarum sollemnia*, ed. 3. Wien, 1952, I, p. 122, nota 5.

[14] E. Sackur, *Die Cluniacenser*. Halle I. II. 1892, 1894.

[15] A. Zimmermann, *Kalendarium benedictinum*, Metten 1934, II, p. 243.

[16] *Histoire de l'Ordre de St. Benoit*, Maredsous 1942, I, p. 129.

[17] *Clunyi szellemü, volt-e a magyar egyház* (= Num in ecclesia Hungarica spiritualitas Cluniacensis viguit?), in *Regnum* 1942-43, p. 43, pp. 141-176.

[18] Gorze-Kluny, *Studien zu den monastischen Lebensformen u. Gegensätzen im Hochmittelalter*. Roma, 1950, 1951, I-II.

[19] *Étude sur le règne de Robert le Pieux*, 1855, p. 348.

[20] *Der hl. Odilo*. Brünn, 1885.

adhuc ante magnam monographiam Cluniacensem conscriptam a. 1886[21], postea ab Ilona Király a. 1929[22] et a compositoribus commentarii anni iubilaei memoriae S. Stephani regis sacrati 1938 titulo « Szent István Emlékkönyv » editi, statuta. Postremo L. Csóka a. 1943 attentionem sic revocavit: « Sanctum Stephanum res ecclesiasticas monasticasve accurate uberiusque per Richardum compertas habuisse facile intelligitur »[23].

S. Richardus, maximus forsitan eorum, qui dimidio priore saec. XI rerum innovandarum studio exarserunt, vir fuit alacritate insolita, totius orbis terrarum notitia, rerumque instituendarum experientia praeditus. Ut ait eiusdem vitae saec. XII conscriptor: « Abbas Richardus tamquam lucifer matutinus inter minora sidera effulsit, et late spargens sanctarum virtutum rutilantes radios, caelestis praedicationis iubare totam Belgicam, Germaniae etiam partem maximam illustravit. Innumera monachorum monasteria circuivit... »[24].

Richardus fundator confoederationis monasteriorum a Cluny independentis exstitit, cui congregationi initio saec. XI plus quam viginti monasteria adstipulavere. Abbates horum monasteriorum singulis annis Veroduni colligi comperimus, quod quidem primum vestigium capitulorum generalium conspici debet. Abbatia S. Vitonis (*St. Vannes*) iuxta urbem Virodunum exstructa est, Richardus ab episcopo virodunensi eidem abbas praeficitur, porro exinde confoederatio ista singularis, motui reformationis Gorziensis (*Gorze*) adiuncta, nihilominus ab illo sat independens atque libera, evolvi incepit. Necessitudines ipsius cum Hungaria initas considerare operae pretium est.

Richardus unus ex praesulibus imperatoris Henrici II, S. Stephano affinitatis vinculo coniuncti exstitit, eiusque monasterium Viroduno adiacens ab ipso imperatore amplum potentissimumque redditum est, quippe quod « ... dedit ei impensas, ut caementarios et necessarios artifices ad amplificandum monasterium et coenobium meliorandum munerare largiter posset », ut refert biographus[25].

Nihil ergo prohibet, quominus abbatem Richardum in res ecclesiasticas Hungariae propter ipsius cum Henrico II imperatore connexum influxisse supponamus. Melius tamen per ipsam rerum veritatem edocemur, cum illum personali cum patria nostra necessitudine coniunctum atque quatuor

---

21 *Richard, Abt von St. Vannes* (dissert). Breslau, 1886, pp. 44, 45, 48, 93-98.

22 *Szent Márton magyar király legendája* (= Legenda de S. Martino rege Hungariae) Budapest, 1929.

23 Opus sub 17 citatum, p. 167.

24 *Vita c. 9. Mon. Germ. Hist.* (= MGH) Scriptores XI, p. 284.

25 Opus sub n. 24, citatum, p. 283.

vicibus apud nos conversatum esse comperiamus. Prima secundaque vice a. 1026-27 in Terram Sanctam profecturum ac inde reversum S. Stephanus hospitio recepit, ut in Chronico Ademari, coaevi, enarratur [26]. In Terram Sanctam iturus, abbas Richardus una cum sociis septingentis exercitui Gulielmi comitis Engolesmensis (Angoulême) ope Richardi II, principis Normanniae muniti, Pannoniam versus per Virodunum transeunti, ibidem se iunxerunt [27].

Inauditum quid illa adhuc aetate habebatur, per Pannoniam ad Sepulcrum Domini peregrinari, uti Gesta episcopi Engolesmensis de via comitis Gulielmi subiungit [28]: « Nam ante eum (scil. Willelmum ducem) per illas partes nullus praeterierat, quippe quia novella adhuc christianitas per Ungriam et Slavoniam erat ». Tertia quartave occasione a. 1035 S. Richardus patriam nostram pertransiit, socio Eberwino, abbate S. Martini urbis Trevirensis (*Trier*) [29].

Iam ex istis quatuor hospitiis in regno nostro nexus Richardi cum Hungaria haud negligendus videtur. Sed adhuc alterius connexionis vestigia deteguntur, unde influxus Richardi in res liturgicas adhuc certior aestimari possit. Quae connexio eo pretiosior haberi oportet, quatenus Richardum inter grandemve episcopum missionarium, partes orientales regni Hungariae ordinantem, consiliatorem potentem primi Regis Hungarorum, Sanctum Gerardum modo familiari intercessit. Sanctum Gerardum Galliam visitasse indubium dici debet, quod iam a Manitio, eximio cultore historiae litterariae latinae aevi medii, a. 1923 enuntiatum est [30]. Etenim ipse S. Gerardus in unico suo opere conservato ita loquitur: « In Platone quippe disputationes quondam apud Galliam constitutus quasdam de deo Hebraeorum confidenter fateor me legisse et caelestibus animis » [31]. Ulterius Richardum abbatem a S. Gerardo haud ignoratum esse pro certo habetur. Gerardus enim mentionem facit de quodam suo opere « De divino patrimonio », quod nos hodiedum latet. « In libello autem quem ad Andream presbyterum divinae germanitatis virum de divino patrimonio expressimus, qui nunc apud abbatem Richardum incontaminatum Christi famulum divinitus eruditum est... latissime anno praeterito disputavimus », scilicet in libello Andreae presbytero dicato [32]. Ambo viri, ut late cogniti commemorantur. Solum-

---

[26] *Ademari Hist.* l. III, 65; MGH. Script. XI, pp. 145-146.

[27] Hugo Verdun, *Chron.* c. 18; MGH. Script. X, p. 393.

[28] *Gesta Episcoporum Engolesmensium*, c. 25; MGH. Script. IV, p. 145.

[29] Hugo Flaviniacens., *Chron. II.*, c. 23; MGH. Script. VIII, p. 392.

[30] *Geschichte der lateinischen Literatur des Mittelalters.* München, 1923, II, 74.

[31] J. Batthyány, *S. Gerardi ep. Chanadiensis scripta et acta hactenus inedita.* Albo-Carolinae 1790, p. 84.

[32] Opus sub n. 31 citatum, p. 296.

modo de Richardo S. Vitonis sermo esse potest. Nullus ex abbatibus extraneis eiusdem nominis illius aetatis (nominatim: Richardus Fuldensis, porro abbas Augustae Suessionum, dein abbas Engolesmensis) serio computari debet [33]; quippe qui homines fuerint mediocres, nec tunc temporis adhuc inter vivos memorentur. Etenim Deliberationes S. Gerardi versus finem vitae suae compositae sunt († 1047), opus autem Andreae presbytero dicatum, quod deperiit, « anno praeterito » confectum erat. In persona Richardi S. Vedasti designanda firmiter consentiunt Manitius et Ioannes Karácsonyi [34], presbyterum vero *Andream* se ignorare fatentur. At etiam ille determinari potest: probabilissime ipse est praepositus Floriaci (*Fleury* † 1056). Eodem nempe tempore duo presbyteri ita vocati noscuntur, unus scriptor mediolanensis presbyter saec. XI vitam agens, alter praepositus supra memoratus, qui libellum sibi dicatum Richardo commodavit, quo ipsius nationalitas Francogallica confirmatur [35]. Floriacum vividissime motui Gorziensi et foederationi S. Richardi se inseruit. Exinde Richardum mediatorem liturgiae Romane a Gallia septemtrionali ad regnum Hungarorum affirmari posse clarum est. Quod tamen peremptorium haberi nequit, quum a posse ad esse non valeat illatio.

E contra, *si loca illa,* unde exemplaria nostrorum librorum liturgicorum antiquissimorum orta essent, *coniunctiones cum Richardo habuissent,* tunc thesis ratione nudae possibilitatis proposita iam probabilis dici posset, immo, qua hypothesis inventionis (« hypothèse de travail ») etiam scientifice fundata. At hucusque nemini originem liturgiae Hungaricae cum congregatione monastica Richardi comparari debere visum erat, licet hoc pro notitia hodierna fontium summa cum probabilitate supponi queat. Etenim ex eo, quod loca illa, unde exemplaria primorum librorum liturgiae Hungaricae derivantur, ad confoederationem monasticam Richardi, vividis relationibus Hungaricis implicatam pertinere affirmantur, modo iam peremptorio argumentari licet.

Primo *libri ex S. Vedasti abbatia orti, Biblia nempe Radon,* ac *Sacramentarium Boldvense*, summi momenti, considerentur. Hoc monasterium prope Atrebatum caput principale, post matrem-monasterium secundum, operis reformativi a Richardo suscepti, apparet: cuius abbas ipse Richardus exstitit, prior vero Fredericus nominatus fuit [36]. Monasterium hoc Richardus statim initio sui muneris obtinuit, quatuor annis exinde elapsis,

---

33 U. Chevalier, *Répertoire bio-bibliograph.* II, 3945-3963.

34 Manitius p. 75; Karácsonyi, *Szent Gellért*, p. 121.

35 Chevalier, opus sub n. 33 cit., I, 218-230.

36 *Vita Richardi*, c. 10; MGH Script. XI, p. 285.

postquam Viroduni abbas S. Vedasti factus erat, sicut a Chronico Hugonis Virodunensis traditum est [37].

Evangeliarium Nicolai Oláh et *Codex Szelepchényianus Leodiam* indicat eiusque regiones adiacentes. Iamvero Leodiae, quae saeculo XI in urbem regalem evecta vehementer augeri coeperat, a S. Richardo monasterium S. Laurentii erectum est, in cuius fundatione indefessam sedulitatem testasse per suum biographum memoriae traditum est. Abbates quoque ex suis eidem demandasse, atque eiusdem monasticae vitae culmen attingendum strenue curasse item ex ipsius vitae narratione comperimus [38]. Itaque quaestio originis duorum librorum, qui iure meritoque fundamentales in re nostra liturgica aestimantur, ibidem solutionem nancisci videtur, Codicis nempe Szelepchényiani, regioni Leodiae alludentis, Sacramentariique Boldvensis, cuius exemplar ex S. Vedasto ortum est.

Sicut per investigationes accuratissimas certo statuitur, exemplar *Codicis ab Hahót* denominati, antiquissimi nostri Sacramentarii ex saec. XI in monasterio *Fontanellensi* exscriptum est. Hoc monasterium a S. Wandregisilo (*St. Wandrille*) institutum fuit, de cuius nomine etiam vocari solet. Anno 648 ab ipso erectum, anno 657 a S. Audoeno, tamquam sociofundatore consecratum, a. 682 a Normannis destructum est. Dimidio secundo saec. X restaurari coepit, cuius rei auctor revera I. Gerardus dici debet (1008-1031) [39]. Restauratio haec a duce Normandiae supra memorato eidem demandata est, Richardo II, qui cum exercitu grandi per Hungariam in Terram sanctam proficiscebatur. Ipsum monasterium proprie loquendo membrum congregationis S. Vitonis initio non fuit; attamen genius instaurationis Lotharingicae a principio in ipso refulsit, asseclisque Richardi arcta propinquitate iugebatur. Revera Chronicon a Hugone Verodunensi usque ad annum 1102 conscriptum etiam « abbatiam S. Wandregisili » inter monasteria Congregationis S. Vitonis enumerat [40]. Cum Codex Hahótensis inter annos 1083-1092 in Hungaria descriptus sit, exemplar eiusdem Fontanellense, ex certo iudicio Caroli Kniewald, iam ex circulo S. Vitonis derivandum est.

Pontificale Hartwici terras Rotomago adiacentes allegat. Rotomagum urbs caput principatus provinciaeque Normannorum exstitit, etiam monasterium Fontanellense ad dioecesim Rotomagensem pertinebat. Ita solummodo clarescit, cur plurimi ex libris nostris liturgicis aevi medii festum S. Gildardi, ceteroquin parum cogniti (8 Iunii), exhibeant. Gildardus episco-

---

37 *Chron. II, 10.* MGH X, p. 377.
38 *Vita Richardi* c. 11; MGH Script. XI, p. 286.
39 *Gallia christiana* XI (1759) 175-177.
40 *Chron.* II, 10; MGH Script. X, p. 377.

pus fuit Rotomagi († circa 511), etiam S. Audoenus, restaurator-socius Fontanelli dignitate hac ibidem ornatus erat (641-684) et nomen eius in libris liturgicis Hungariae mediae aetatis conservabatur, quamquam persona historica sancti die 24 Augusti, in festo S. Bartholomaei commemorati penitus ignota habebatur. Ideo saepe Audeonus, vel Audeonius scribitur, quo archaismo origo librorum nostrorum liturgicorum proditur.

Iam specimina ista, extremis delineamentis depicta, finienda veniunt. Cultum humanitatemque nostrae patriae una cum animi cultura vitaque spirituali, institutiones nostras ecclesiasticas una cum rebus liturgicis ex diversis orbis partibus, per multa genera motuum socialium ac sub influxu aurae spiritualis maximae varietatis genita et educata esse optime scimus. Leviter attingere volumus manifestos effectus motuum poenitentiam urgentium dimidii anterioris saeculi XI, qui vi et exemplis Orientis exorti auctique fuerunt: utputa influxum S. Gerardi, S. Nilum eremitam Graecum venerantis, cum S. Romualdo amicali conversatione coniuncti; exsistentiam vitamque continuatam ideae eremiticae usque ad medium saeculum XIII, ubi demum unicus ordo hungaricus, religio nempe S. Pauli primi eremitae, instituta est. Eodem modo influxum maximi momenti exercent in regnum nostrum monachi latini una cum coenobitis graecis viventes: S. Adalbertus cum duodecim sociis ab Aventino colle in Sacrum Montem Pannoniae transmigrantes. Qui mutuus influxus usque ad saeculum XIV in monasteriis duplicis ritus conspicitur, ubi monachi graeci cum latinis fraterna concordia vitam agebant. Nec spiritus orientalis immediata in patriam nostram actio negari potest, cuius vestigium in Codice Hahótensi festo die S. Eliae prophetae invenitur; in Agenda pontificali Jaurinensi idem repraesentat benedictio aquae « more Graecorum » peragenda, maxime vero apparet in Codice a G. Pray nuncupato, festis indolis et originis orientalis, inter quae « Repraesentatio B.M.V. » die 21 Nov. celebranda hic primo in Europa emergit.

Multiplices variique effectus in aura recentis Christianitatis hungaricae deteguntur. Attamen, nihil contra modestiam scrutatores scientiarum obligantem nos peccaturos speramus, si ulteriores investigationes circa quaestionem de origine nostrae liturgiae a nobis, manuductione aliqua, promotas esse censemus.

Polycarpus Radó, O.S.B.

L'«ORATIO FIDELIUM»: SES SURVIVANCES

(Un ancien texte français des «Prière du Prône»: Bibl. Nat. Lat. 1347)

Renovationis liturgicae fautores unanimiter exoptant ut instauretur quaedam *Prex plebis* quae, iuxta morem antiquum, concluderet primam Missae partem. Adhuc in Occidente manent vestigia huius *Orationis fidelium*, scilicet non tantum Orationes solemnes Feriae sextae maioris hebdomadae, sed et *Preces dominicales* seu *« Prières du Prône »*, cuius usus per multa saecula viguit in Anglia, Germania, Polonia, Hispania et adhuc exstat in Gallia.

Notabile videtur quod in variis provinciis, usque ad saecula XVI vel XVII, haec sat protracta intentionum commendatarum proclamatio fiebat tempore offertorii, scilicet inter altaris incensationem et manuum lotionem.

Plena investigatio scientifica de evolutione huius formae « Orationis fidelium » desideratur et difficilis evadit, cum perpaucae formulae iam inventae fuerint et editae, forteque quia ex antiquissimo tempore lingua vernacula elicitae, peritis historicis videbantur minus liturgicae.

Explanato quaestionis statu et descriptione peracta formularum iam in lucem prolatarum, auctor evulgat tandem textum gallicum saeculi XV (Paris, Biblioth. nat. Ms latin 1347).

Tous les liturgistes savent l'antiquité et l'importance de l'*oratio fidelium* comme finale de la première partie de la messe. Les promoteurs du renouveau liturgique en souhaitent unanimement le rétablissement, sous une forme ou sous une autre, dans l'*ordo missae* réformé. Mais on pense souvent qu'en Occident, dans les régions soumises au rite romain, il n'y a d'autre survivance de cette importante partie de la liturgie, que les Oraisons solennelles du Vendredi Saint. Ici où là, des tentatives sont faites pour reprendre au moment de l'offertoire la *Deprecatio Gelasii*, ou bien d'autres formules litaniques inspirées des rites orientaux.

On ignore parfois que l'Occident de rite romain a connu, et connait encore d'autres restes de l'antique *oratio fidelium* [1]. Je dis bien: l'Occident. En effet, dans les siècles antérieurs au XVII^e^, il y a remarquable identité de structure, et parfois de formules, en pays germanique, anglais, français, espagnol [1a], entre l'*allgemeine Gebet*, les *Bidding Prayers*, les

---

1 L'attention a déjà été attirée là-dessus par J. Jungmann, *Missarum sollemnia*. Wien^4, 1958, t. I, pp. 624-628 (Trad. franç. Paris, 1951, t. 2, pp. 262-266); et par P. M. Gy, *Signification pastorale des « prières du prône »*, dans *La Maison-Dieu*, cah. 30 (1952) 125-136. Précieuses esquisses qui demanderaient d'amples compléments.

1a Aiouter: polonais.

Prières du Prône [2] et la *Plegaria en la Missa mayor los dios de Domingo* [3].

Mise à part l'Italie, il semble donc qu'à peu près tous les territoires de liturgie romaine aient possédé jusqu'à l'époque de la Contre-Réforme, le même type d'*oratio fidelium* [4], réservée à la messe paroissiale du dimanche [5], aux intentions longuement développées [6], prononcées dans la langue du peuple [7], en plein offertoire [8].

---

[2] Du mot prône, l'étymologie n'est pas encore parfaitement établie: Bloch (*Dict. etym. de la langue française*. Paris 1950, V° Prône) penche pour *prothyra* (= couloir), écartant *praeconium* de Littré, et le fantaisiste *pronaos* du XVII^e s. Au Moyen-Age le mot désignait un lieu et un meuble (espace grillagé, les *grilles* du choeur, l'*ambon* devant les grilles). Il en est venu ensuite à signifier *tout ce qui se proclame* du haut de l'ambon. Et pour un Français d'aujourd'hui, prône équivaut à *sermon*. Cf. *Larousse du XX^e siècle*, V° Prône: *Instruction qu'un prêtre fait le dimanche, à la messe paroissiale*. Déjà, le *Dictionnaire de Trévoux*, Ed. de 1743, V° Prône: *Espèce de Sermon qu'on fait tous les Dimanches dans les Eglises paroissiales, pour avertir les Paroissiens des fêtes et des jeûnes de la semaine, et faire les publications de ce qui est nécessaire de faire savoir aux habitans, et aussi pour les instruire de leur Religion et de leur Devoir*. Cette définition n'oublie qu'une seule chose: l'élément primitif et principal que constituent les *prières* du prône. Et à lire ces deux Dictionnaires, on ne se douterait même pas qu'à l'époque où ils ont paru, ces prières existaient toujours dans toutes les paroisses de France! Sujet d'utile méditation pour les historiens portés à user de l'argument du silence!

[3] J'emprunte ce dernier titre au *Manuale pampilonense* de 1561.

[4] Examinant les Rituels imprimés aux XVI^e et XVII^e siècles pour les divers diocèses de la province de Tarragone, D. Adalberto Franquesa parle des « *Preces dominicales que traen en forma casi identica todos nuestros rituales, y que son una reliquia de la antigua Oratio fidelium* » (*Liturgia*, 13 [1958] 200, et *Liturgica*, 2 [Scripta et documenta 10], p. 282). Quand il s'agit de la forme générale, la formule pourrait s'appliquer aux textes non seulement d'autres diocèses d'Espagne, mais aussi de France, Angleterre et Allemagne.

[5] D'où leur nom habituel de *Preces dominicales*.

[6] Au point qu'au XIV^e siècle, jointes à l'Aspersion et aux Annonces, elles duraient assez pour remplacer la messe dans les paroisses annexes, le binage étant alors interdit: cf. Schönfelder, *Die Verkündigung im mittelalterlichen Gottesdienste*, dans *Liturgische Zeitschrift*, 1 (1929) 58 (il cite un document émanant de l'évêque de Brandebourg en 1380).

[7] Ceci est attesté par les rubriques: v.g. *Salisbury*: ca 1400: *vertat se sacerdos ad populum et dicat preces in lingua materna* (Henderson, *Manuale et processionale ad usum insignis Ecclesiae Eboracensis*. Surtees Society, t. 63, Durham and London, 1875, p. 220*). Cela résulte surtout des formulaires retrouvés: j'en connais en castillan, catalan, basque, toulousain, périgourdin, limousin, breton, français, picard, anglais et divers dialectes allemands. Cf. Th. Fr. Simmons, *The lay folks mass book... according to the use of York*. London, 1879, p. 315: *The bidding prayers... were used not only in this country, but in Western Germany and in France... without interruption until the old Gallican Church was overthrown... the primitive custom of the priest speaking in the mother tongue being everywhere retained*. Cf. aussi: Kraft (Jacobus): *De pronao, sive de nexu quo conciones, preces communes et promulgationes ecclesiasticae cum Missarum solemniis cohaereant*. Treviris, 1848, p. 49: *Hae preces a ceteris in missae sacrificiis fieri solitis orationibus eo discrepant, quod lingua vernacula pronuntiantur*. L'expression est un peu inexacte, car ce sont les intentions qui étaient énoncées en langue vulgaire, et la prière elle-même parait avoir toujours été dite en latin (mais

Comment se fait-il que les historiens de la liturgie n'ont pas insisté d'avantage sur l'importance et l'étendue de cette pratique?

Il semble que dès le Moyen Age les Annonces (*Mandata, Commandemens, Recommandations, Verkündigung*), qui, selon les lieux, précédaient ou suivaient les prières, avaient pris aux yeux du clergé et des fidèles une place exagérée, sans pourtant faire perdre encore de vue l'importance primordiale des prières [9]. Par contre, vers la fin du XVI[e] siècle, le renouveau de la prédication fit considérer les prières du prône comme tout simplement une annexe ou une partie du sermon [10].

Kraft fait allusion, je pense, à l'*allgemeine Gebet* de Canisius, effectivement dérivée des anciennes prières du prône, qui s'est substituée à elles dans l'Allemagne catholique au milieu du XVI[e] siècle, et où toute trace de latin a disparu) (Cf. JUNGMANN, *op. cit.*, pp. 265-266).

[8] En plein offertoire, c'est-à-dire après l'*oremus* qui l'inaugure, et avant la secrète qui le termine. Mais je crois que personne ne s'est encore avisé du moment précis, assez étrange au premier abord, où avaient lieu ces *Preces pro omni gradu ecclesiae* au Moyen Age: les Rituels français, anglais et espagnols des XV[e] et XVI[e] siècles (je n'ai pas de témoignage allemand) ne laissent aucun doute à ce sujet: c'est entre l'encensement de l'autel et le lavabo, qu'ont lieu: le défilé d'offrande, puis les prières du prône: ceci aussi bien à Meaux qu'à Pampelune, à Salisbury qu'à Périgueux, à Reims qu'à Barcelone. Fait d'autant plus à remarquer que les prières privées d'offertoire sont très diversement agencées dans ces divers diocèses. Le groupement *encensement-offrande-prône* serait-il donc antérieur à l'introduction des prières d'ordre privé, venues se placer partie avant, partie après, selons les lieux? J'ai l'intention de revenir ailleurs plus amplement sur ce fait liturgique. Remettant à cette étude future une bibliographie complète, je me contente ici de renvoyer le lecteur de cette note aux rubriques explicites du *Manuale* incunable de Périgueux (Bibl. Mun. Pér. Rés. 16) (f. 153 et 179), du *Manuale Pampilonense* de 1561 (f. 9-10), de l'*Ordinarium barcinonense* de 1569 (f. 98-101) et du *Manuale ad usum belvacensem* de 1544 (Paris, Bibl. Ste Genev. Rés. 4° BB. 116) (f. 17[v]).

[9] « *Der älteste und wichtigste Bestandtheil des Pronaus das allgemeine Gebet* », dit justement Val. THALHOFER, *Von Pronaus, speciell von den an die Pfarrerpredigt sich auschliessenden Gebeten und Verkündigungen*, dans (*Linzer*) *Theol. praktische Quartal-Schrift*. 38 (1885), Heft I, p. 30. Cf. la rubrique des premiers Rituels imprimés de Reims, Beauvais, Metz, etc.: *Presbyter celebrans missam parochialem in die dominico post offertorium misse* (i. e. après l'offrande) *vadat ad pulpitum sive pronum ecclesie, et ibidem stans exhortando et monendo populos* AD ORANDUM CUM IPSO (c'est moi qui souligne) ...*sic dicat*: *Bonnes gens, nous prierons dévotement pour la paix*... Le coutumier liturgique de la ville allemande de Biberach, entre 1530 et 1540, titre le paragraphe concernant ce qui nous occupe: *Von Weitter betten ahm Sontag* (dans *Freiburger Diöcesan-Archiv*, 19 [1887] 150). Même en plein XVII[e] siècle, en France, où la prière est dans le prône completement submergée par la catéchèse, on trouve encore des intitulés ou des expressions indiquant qu'elle est toujours considérée comme en formant l'essentiel: v.g. le titre du formulaire de Bayonne de 1651 (en langue basque): *Pregariac Bayonaco diocezacotz*.

[10] Ce qui entraîna même ensuite leur progressive disparition hors du territoire français. Franquesa date des XVII[e] et XVIII[e] siècle cette disparition en Espagne tarragonaise (*Liturgica*, 2, Montserrat, 1958, p. 34): « *tiempo en que empieza a desaparecer, quadando sólo los anuncios y la parte didáctica o catequética* ».

En cet article, mon intention n'est pas de suivre les avatars de l'*allgemeine Gebet* allemande, des prônes français et espagnol, ni des prières protestantes après la prédication (issues tout droit de nos anciens formulaires- médiévaux). Je ferai seulement remarquer que l'intérêt d'un Français pour les Prières du Prône n'est pas de l'archéologisme, puisque « cette pièce vénérable de la tradition liturgique » [11] survit un peu partout en France jusqu'à nos jours.

Depuis l'*Institutio eorum quibus incumbit ministrare sacramenta* publiée en 1545 par autorité de l'évêque d'Autun, Jacques Hurault, le Prône français (suivant une évolution amorcée déjà par l'influence de Gerson, puis d'Artus Fillon) a été progressivement dénaturé, ses prières malencontreusement déplacées, noyées dans la catéchèse, et de plus en plus réduites [12]; pourtant à chaque reprise en France d'une liturgie romaine purifiée, jamais les Prières du Prône n'ont été mises en cause: les diocèses français les ont gardées avec une étonnante fidélité, et les avaient même transmises au Canada, comme en témoigne le Rituel de Québec de 1703 (p. 380 sq.) à 1919 [12a].

Ici je veux seulement présenter un texte ancien de prône français. On verra qu'il ne manque pas d'intérêt. Mais surtout la publication de tels textes parait indispensable. En effet, s'il est relativement facile de rassembler des documents postérieurs au XVI[e] siècle, par contre il serait très malaisé, présentement, d'écrire une histoire un peu précise de cette *oratio fidelium* occidentale dans les siècles précédents. Jusqu'ici aucune recherche systématique des formulaires anciens n'a été entreprise. A peine en a-t-on repéré et publié quelques-uns: anglais [13], allemand [14], tout ré-

---

[11] L'expression est de JUNGMANN, *op. cit.*, p. 3, c. 2, § 10, n. 42 (Ed. franç., t. 2, p. 263).

[12] Le mouvement inverse, tendant à rendre aux prières du Prône leur valeur, est heureusement amorcé, dans l'esprit du renouveau liturgique. Ainsi au diocèse de Coutances (*Semaine religieuse de Coutances et Avranches*, 1953, pp. 615-617), ou à celui de Tulle (Cf. *Paroisse et liturgie*, 38 [1956] 481).

[12a] Cf. CARMODY, *An american use of the prone*, in *Theological Studies*, 19 (1958) 228-236.

[13] Des textes anglais du XI[e] au XVI[e] s. (le premier antérieur à la conquête normande), ont été édités par H. COXE, *Forms of Bidding Prayer with Introduction and Notes*. Oxford 1840 (ouvrage que je n'ai pu consulter jusqu'ici); par HENDERSON, et T. F. SIMMONS, *Ouvrages cités* dans la note 7 ci-dessus.

[14] Je connais un texte allemand du XII[e] s. publié par HOFFMANN VON FALLERSLEBEN, *Fundgruben für... Geschichte deutscher Sprache und Literatur*. Breslau 1830, I, pp. 113-114 (et réédité par R. CRUEL, *Geschichte ... der deutscher Predigt in Mittelalter*. Detmold 1879, p. 223; et par Anton LINSENMAYER, *Geschichte der Predigt in Deutschland...* München 1886, pp. 145-146), un texte du XIV[e] s. par MULLENHOFF und W. SCHERER, *Denkmäler deutscher Poesie und Prosa aus dem VIII.-XII. Jahrhundert* (2te Ausgabe, Berlin 1873, pp. 618-619);

cemment polonais [14a] et espagnols [15].

A ma connaissance, seulement six textes français anciens ont été publiés:

une formule d'Amiens (Hôtel-Dieu), en dialecte picard [16], que son éditeur Ernest Coyecque [17] date avec précision: entre 1270 et 1278;

une formule de Paris (Saint-André-des-Arcs), publiée par Amédée Gastoué [18], qui la croit au moins du début du XIV^e siècle, mais qui l'a trouvée dans un manuscrit du XV^e [19];

une formule de Troyes, d'après les *Statuta synodalia civitatis et diocesis Trecensis* de 1501 et 1530, publiée par Ch. Lalore en 1867, en une plaquette à peu près introuvable maintenant [20].

Les trois autres (en langue d'oc) ont été éditées par des folkloristes dans des publications moins familières aux historiens de la liturgie: une de Limoges (Saint-Pierre-du-Queyroix) [21], en dialecte local du XV^e s. [22]; l'autre de Toulouse (cathédrale) [23], en dialecte toulousain du début du XVI^e s. [24], enfin la traduction périgourdine du formulaire décrit fin note 35.

---

un texte bavarois d'environ 1500, par SCHÖNFELDER, dans *Liturgische Zeitschrift*, 1 (1929) 59-62 (et déjà par A. BECK, dans *Kirchliche Studien und Quellen*, Amberg, 1903, p. 274); enfin le prône de Surgant, curé de Bâle, (1503), dans le *Katholik*, 69 (1889/2) 503 sq.

Je pense qu'il y en a d'autres, et qu'il y aurait avantage à ce qu'un érudit allemand nous en donne le relevé.

14a Texte du XV^e s., annexe aux sermons de Gniezno, publié avec eux par VRTEL-WIERCZYNSKI, dans *Kazania Gnieznienskie*, Poznan, 1953, pp. 146-152 et pl. XLVI-XLIX.

15 Textes d'un ms catalan (Montserrat Ms. 1008) du XV^e siècle, et du Rituel de Tarragone de 1530, publiés par AD. FRANQUESA, dans *Liturgica* 2, pp. 295-296 et 282-284; et celui de Lerida: 1567, dans *Liturgia*, 13 (1958) 200-201.

16 Amiens, Bibl. Mun. Ms. 196.

17 *Catalogue général des Ms. des bibliothèques publiques de France*, t. XIX, p. 84-88.

18 *Les Questions liturgiques et paroissiales*, 12 (1927) 240-249.

19 Paris, B. Nat. Ms latin 1212. J'ai retrouvé ce texte imprimé dans le *Manuale (secundum) usum Turonensem*. S. l. n. d. (= Paris, 1500?), le *Manuale... secundum usum parisiensem*. Parisiis, Paquot, 1542, et le *Manuale... ad usum Suessionensis Dioecesis*, Rhemis 1576.

20 *Le premier formulaire du prône dans le diocèse de Troyes, publié par M. l'abbé* LALORE. Troyes. (S. d.), Se trouve à Bibl. Ville de Troyes sous la cote 105.894.

21 Limoges, Arch. dép. Ms. 97 du Grand Séminaire.

22 Editée dans *Bulletin hist. et philol. du Comité des Trav. hist.* 1891, pp. 348-352.

23 On la trouve aux ff. 87-91 de l'*Oeconomia domus domini... ad consuetudinem Metropolitane ecclesie in urbe Tholosa*. Paris, Amazeur pour Merlin, 1553, et (avec quelques variantes orthographiques) aux ff. 85-89 du volume sous même titre imprimé même année à Toulouse, chez Colomiès. Ses éditeurs l'ont prise à la précédente édition du même ouvrage, Lyon, Denys de Harsy, 1538.

24 DESBARREAUX-BERNARD, *Etablissement de l'imprimerie en Languedoc* (extrait du tome VIII de l'*Histoire général du Languedoc*). Toulouse 1876, p. 414-424; et (PASQUIER), dans *Bulletin (périodique) de la Société Ariégeoise des Sciences et des Arts*, 1 (1882-5) 368-373.

On trouvera ici reproduit un texte tiré, comme celui de Gastoué, d'un manuscrit du XV^{e} s.[25]: Livre d'Heures écrit en 1475 à Meaux, pour un chanoine de la cathédrale: Pierre Sauvage[26]. Ce prêtre avait fait insérer, dans le volume écrit à son usage particulier, mais conforme à l'ordinaire meldois, une sorte de supplément aux prières officielles du Missel: les prières du prône y figurent entre la bénédiction du pain[27] et la *Clamor in tribulatione*, aux ff. 220^{v} à 225^{v}. Respectant l'orthographe du manuscrit, j'ai seulement modernisé la ponctuation, résolu la plupart des abréviations, et ajouté les numéros en tête des paragraphes[28].

LA PRIÈRE LES DIMANCHES

1. Bonnes gens, nous prierons pour la paix: que Dieu par sa sainte grâce la nous vueille envoier du ciel en terre telle come il scet que mestier[29] nous est aux ames et aux corps[30].

2. Nous prierons pour le fruict de terre mis et à mettre: que Dieu le veuille saulver et multiplier affin que Dieu en soit servy et honnoré, et le menu peuple soustenu et gouverné.

3. Nous prierons pour la sainte terre d'oultre mer: que Dieu y mette tel conseil qu'il scet que mestier en est.

---

[25] Paris, Bibl. Nat. Ms latin 1347.

364 - Lc. 13, 10-17: Erat ihs docens in synagoga

DOM̄ *ubi supra*

365 - 1 Cor. 1, 4-8: Gratias ago deo meo

366 - Mt. 22, 23-33: Accesserunt ad ihm sadducaei

IN DEDICATIONE SC̄I ARCHANGELI MICHAHELIS.

367 - Apoc. 1, 1-5: Significavit deus quae

368 - Mt. 18, 1-10: Accesserunt discipuli ad ihm

FER IIII.

369 - Mc. 12, 28-34: Accessit unus de scribis

FERIA VI.

370 - Mt. 13, 24-30: Simile factum est regnum coelorum

EBD̄OM I POST SC̄I ARCHANGELI.

371 - Eph. 4, 23-28: Renovamini spiritu

372 - Mt. 9, 1-8: Ascendens ihs in naviculam

EBDOMATA II POST SC̄I ARCHANGELI.

373 - Eph. 5, 15-21: Videte quomodo caute

374 - Mt. 22, 2-14: Simile factum est ... homini regis

EB̄D̄Ō III POST SC̄I ARCHANGELI.

375 - Eph. 6, 10-17: Confortamini in dno

376 - Mt. 13, 24-30: Simile factum est ... homini

IN NATALE SC̄I MARCI.

377 - Mt. 25, 14-30: Homo peregre

IN NAT̄ SC̄I CALISTI.

378 - Mt. 24, 42-47: Vigilate ergo quia nescitis

IN NAT̄ SC̄I CAESARI.

379 - Jo. 12, 24-26: Nisi granum frumenti

FERIA IIII.

380 - Mt. 12, 9-15: Cum inde transisset venit

FERIA VI.

381 - Mt. 9, 35 - 10, 1: Circuibat ihs civitates omnes

EDBOMATA IIII POST SC̄I ARCHANGELI.

382 - Phil. 1, 6-11: Confidens hoc ipsum
383 - Mt. 18, 23-35: Simile est .. homini regi

EBDOMATA V POST SC̄I ARCHANGELI.

384 - Phil. 3, 17-21: Imitatores mei estote
385 - Mt. 22, 15-21: Abeuntes pharisaei concilium

IN NATALE SC̄I CRISOCONI.

386 - Jo. 15, 17-25: Haec mando vobis ut diligatis

EBDOMATA VI POST SC̄I ARCHANGELI.

387 - Col. 1, 9-14: Non cessamus pro vobis orantes
388 - Mt. 9, 18-22: Ecce princeps unus

FERIA IIII.

389 - Lc. 5, 12-15: Cum esset ihs in una civitatum

IN VIGILIIS SC̄I ANDREAE DE NONA.

390 - Eccli. 44, 25: Benedictio dni super caput iusti
391 - Jo. 1, 35-51: Stabat ioannes et ex eius discipulis

IN NĀT SC̄I ANDREAE.

392 - Rom. 10, 10-18: Corde cui creditur
393 - Mt. 4, 18-22: Ambulans ihs iuxta mare

INCIPIUNT LECTIONES DE ADVENTU
DN̄I EB̄D DOMENICA V ANTE NATALE DN̄I.

394 - Jer. 23, 5-8: Ecce dies veniunt
395 - Jo. 6, 5-14: Cum sublevasset oculos ihs

FERIA IIII.

396 - Mt. 8, 14-22: Cum venisset ihs in domum simonis

FERIA VI.

397 - Lc. 12, 14-31: Homo quis me constituit iudicem

EBDOMATA IIII ANTE NATALE DN̄I.

398 - Rom. 13, 11-14: Scientes quia hora est
399 - Lc. 19, 29-38: Cum appropinquasset ihs ierosolymis

Qualem vis de istis duabus lectionibus talem lege

400 - Mt. 21, 1-9: Cum appropinquasset ... betphage

EBDOMATA III ANTE NATALĒ DN̄I.

401 - Rom. 15, 4-13: Quaecumque scripta sunt
402 - Lc. 21, 26-33: Erunt signa in sole

EBDOMATA II ANTE NATALE DN̄I.

403 - I Cor. 4, 1-5: Sic nos existimet homo
404 - Mt. 11, 2-10: Cum audisset ioannes in vinculis

EBDOMATA I ANTE NATALE DN̄I.

405 - Phil. 4, 4-7: Gaudete in dno
406 - Jo. 11, 19-28: Miserunt iudaei ab ierosolymis

INCIPIUNT LECTIONES MENSIS DECIMI

FERIA IIII AD SCĀ MARIĀ DE NONA.

407 - Is. 2, 2-5: Erit in novissimis diebus

Item ubi supra.

408 - Is. 7, 11-15: Locutus est dns ad achaz
409 - Lc. 1, 26-38: Missus est angelus gabriel

FERIA VI AD APOSTOLOS DE NONA.

410 - Is. 11, 1-5: Egredietur virga de radice iesse
411 - Lc. 1, 39-47; Exurgens maria abiit in montana

SABBATO IN XII LECTIONES AD SC̄M PETRUM DE NONA

412 - Is. 19, 20-22: Clamabunt ad dnm a facie

Item ubi supra.

413 - Is. 35, 1-7: Laetabitur deserta et exultabit

Item ubi supra.

414 - Is. 45, 1-8: Haec dicit dus christo meo cyro

Item ubi supra.

415 - Is. 40, 9-11: Super montem excelsum

Sequitur lectio danihelis prophetae.

416 - Dan. 3, 49-55: Angelus dni descendit
417 - 2 Thess. 2, 1-8: Rogamus vos per adventum
418 - Lc. 3, 1-6: Anno quintodecimo imperii

IN ORDINATIONE DIACONI.

419 - I Tim. 3, 8-13: Diaconos similiter pudicos
420 - Jo. 12, 24-26: Nisi granum frumenti

IN ORDINĀNE PRESB̄I.

421 - Tit. 1, 1-9: Paulus servus dei apostolus
422 - Mt. 24, 42-47: Vigilate ergo quia nescitis

IN ORDINATIONE EPISCO.

423 - I Tim. 3, 1-6: Fidelis sermo si quis episcopatum
424 - Mt. 9, 35 - 10, 1: Circuibat ihs civitates

Ubi supra.

425 - Tit. 1, 7: Opportet episcopum sine crimine

IN IEIUNIO DE NATALE PAPAE.

426 - Tob. 13, 12-19: Confitere dno in bonis suis

Item ubi supra.

427 - Deut. 27, 14 - 28, 11: Pronuntiabunt levitae

Item ubi supra.

428 - Heb. 5, 1-6: Omnis pontifex ex hominibus
429 - Lc. 22, 24-30: Facta est contentio

IN ADVENTU EPI.

430 - 2 Reg. 7, 8-17: Ego tuli te ... ut esses dux

Item ubi supra.

431 - Act. 20, 17-35: Mittens paulus ephesum

Ubi supra.

432 - 2 Tim. 2, 22: Juvenilia desideria fuge
433 - Mt. 18, 12: Quid vobis videtur si fuerint
434 - Jo. 10, 11-16: Ego sum pastor bonus
435 - Lc. 10, 1-7: Designavit dns et alios septuaginta duos

AD SPONSAS BENEDICEDUM.

436 - I Cor. 6, 15-20: Nescitis quod corpora vestra
437 - Mt. 22, 2-14: Simile factum est ... homini regis

IN LETANIA TEMPORE BELLI.

438 - Is. 37, 1-7: Cum audisset rex ezechias

Ubi supra.

439 - Is. 37, 15-35: Oravit ezechias ad dnm

Ubi supra.

440 - Jer. 8, 4-9: Numquid qui cadit
441 - Lc. 12, 22-31: Nolite solliciti esse

IN DIE BELLI.

442 - Jer. 42, 8-12: Vocavitque iohanan filium coree

Ubi supra.

443 - Lam. 3, 22-57: Misericordiae dni
444 - Mt. 24, 3-13: Accesserunt discipuli ad ihm

IN STERELITATE PLUVIAE.

445 - Jer. 14, 19-22: Numquid proiiciens

Ubi supra.

446 - Jer. 17, 5-10: Maledictus homo
447 - Mt. 15, 32-39: Misereor turbae quia triduo

PRO UBERTATE PLUVIAE.

448 - Lc. 8, 22-25: Factum est in una dierum

IN VIGILIIS OMNIUM APOSTOLORUM.

449 - Eccli. 31, 8-11: Beatus vir qui inventus est
450 - Jo. 15, 1-11: Ego sum vitis vera

IN NATALE APOSTOLORUM.

451 - Eph. 2, 19-22: Jam vos estis hospites

Ubi supra.

452 - Eph. 4, 7-13: Unicuique nostrum data est

Ubi supra.

453 - Rom. 8, 28-39: Scimus quoniam diligentibus

Ubi supra.

454 - Rom. 10, 10-18: Corde enim creditur
455 - Jo. 15, 12-16: Hoc est praeceptum meum
456 - Jo. 15, 17-25: Haec mando vobis
457 - Mt. 19, 27-29: Ecce nos reliquimus omnia

IN NATALE OMNIUM SCORUM SACERDOTUM.

458 - 2 Tim. 4, 1-8: Testificor coram deo
459 - Mt. 24, 42-47: Vigilate ergo quia nescitis

In natale ubi supra.

460 - Eccli. 44, 16: Ecce sacerdos magnus

Ubi supra.

461 - Heb. 7, 23-27: Plures facti sunt sacerdotes

Ubi supra.

462 - Heb. 13, 9-16: Doctrinis variis
463 - Mt. 25, 14-23: Homo quidam peregre
464 - Lc. 11, 33-36: Nemo lucernam accendit

IN NATALE UNIUS CONFESSORIS SIVE MARTYRIS.

465 - Eccli. 39, 6-13: Justus cor suum tradidit
466 - Mt. 10, 34-42: Nolite arbitrari quia venerim

Item unde supra.

467 - Eccli. 14, 22-15, 6: Beatus vir qui in sapientia

Item ubi supra.

468 - 2 Cor. 1, 3-7: Benedictus deus et pater
469 - 2 Tim. 2. 8-3. 12: Memor esto dnm nrm ihm xpm
470 - Mt. 10, 26-32: Nihil opertum
471 - Lc. 14, 26-33: Si quis venit ad me

IN NATALE PLURIMORUM SC̄ORUM.

472 - Prov. 15, 2-9: Lingua sapientium ornat

Ubi supra.

473 - Sap. 5, 16-22: Justi in perpetuum vivent

Ubi supra.

474 - I Petr. I, 3: Benedictus deus et pater
475 - Lc. 12, 35-44: Sint lumbi vestri praecincti

Ubi supra.

476 - Mt. 5, 1-12: Videns turbas ihs ascendit

IN NATALE SC̄ORUM PLURIMORUM.

477 - Sap. 3, 1-8: Justorum animae in manu dei

Ubi supra.

478 - Prov. 10. 28-11, 11: Expectatio iustorum laetitia

Ubi supra.

479 - Sap. 10, 17-20: Reddidit iustis mercedem

Ubi supra.

480 - Heb. 10, 32-38: Rememoramini pristinos dies

Ubi supra.

481 - Heb. 11, 33-39: Sancti per fidem vicerunt
482 - Mt. 10, 16-22: Ecce ego mitto vos sicut oves
483 - Lc. 21, 9-19: Cum audieritis proelia et seditiones

IN NATALE VIRGINUM.

484 - Eccli. 24, 11-20: In omnibus requiem quaesivi

Ubi supra.

485 - Eccli. 51, 1-12: Confitebor tibi dne rex

Ubi supra.

486 - Eccli. 51, 13-17: Deus meus exaltasti
487 - Mt. 13, 44: Simile est ... thesauro abscondito
488 - Mt. 25, 1-13: Simile est ... decem virginibus

IN AGENDA MORTUORŪ.

489 - 2 Mac. 12, 42-46: Vir fortissimus iuda

Ubi supra.

490 - 1 Thess. 4, 12-17: Nolumus vos ignorare
491 - Jo. 6, 37-40: Omne quod dat mihi pater
492 - Jo. 11, 21-27: Dixit martha ad ihm

IN DEDICATIONE ECCLESIAE.

493 - 3 Reg. 8, 14-53: Convertit rex salomon
Ubi supra.
494 - Apoc. 21, 2-5: Vidi civitatem sanctam
Ubi supra.
495 - 1 Cor. 3, 8-15: Unusquisque autem propriam
496 - Lc. 6, 43-48: Non est enim arbor bona.

IN DEDICATIONE ORATORII.

497 - Apoc. 21, 9-27: Veni ostendam tibi
498 - Lc. 19, 1-10: Ingressus ihs perambulabat iericho

IN ADVENTU IUDICUM.

499 - 1 Tim. 2, 1-7: Obsecro primum fieri obsecrationes
Ubi supra.
500 - 1 Tim. 6, 7-14: Nihil enim intulimus
Ubi supra.
501 - Heb. 12, 3-9: Recogitate eum qui talem
Ubi supra.
502 - Heb. 1, 13-2, 4: Ad quem angelorum
Ubi supra.
503 - Heb. 4, 11-16: Festinemus ingredi
504 - Lc. 18, 18-30: Interrogavit ihm quidam princeps
505 - Lc. 12, 11-21: Cum autem adducent vos
506 - Lc. 16, 19-31: Homo quidam erat dives
507 - Lc. 19, 1-10: Egressus est ihs
508 - Lc. 12, 32-34: Nolite timere pusillus grex

CONTRA IUDICES MALE AGENTES.

509 - Is. 5, 8-25: Vae qui coniungitis domum
510 - Lc. 18, 1-8: Opportet semper orare

CONTRA EPISCOPUM MALE AGENTEM.

511 - Ez. 34, 2-13: Vae pastoribus israel
512 - Mt. 7, 12-14: Omnia quaecumque vobis homines
513 - Mt. 7, 15-19: Attendite a falsis prophetis

PRO ITER AGENTIBUS.

514 - Gen. 24,7: Deus coeli qui tulit me
Ubi supra quando ad regem ad principem pergit.
515 - Gen. 46, 1-4: Profectus est israel

516 - Mt. 10, 7-15: Euntes praedicate dicentes
517 - Lc. 10, 3-12: Ite ecce ego mitto vos

AD MISSA VOTIVA.

518 - Is. 18, 7 - 19, 25: Defertur munus dni
519 - Mc. 12, 41-44: Sedens ihs contra gazophilacium

PRO INFIRMO.

520 - Jac. 5, 13-16: Tristatur aliquis vestrum
521 - Mt. 8, 5-13: Cum introisset ihs capharnaum
522 - Lc. 7, 1-10: Intravit ihs capharnaum
Ubi supra.
523 - Bar. 3, 9-38: Audi israel mandata vitae

DE CONCILIATIONE FRATRUM.

524 - Col. 3, 12-15: Induite vos sicut electi
525 - Mt. 5, 44-48: Diligite inimicos vestros

PRO ELYMOSINIS FACIENTIBUS.

526 - Gal. 6, 7-10: Nolite errare deus non irritatur

DE TRIBULATIONE.

527 - Is. 33, 2-6: Dne miserere mei

LEGUNTUR QUATTUOR EVANGELIORUM INITIA IN AURIUM APERITIONE.

528 - Mt. 1, 1-21: Liber generationis ihu xpi
529 - Mc. 1, 2-11: Sicut scriptum est in isaia
530 - Lc. 1, 5-17: Fuit in diebus herodis regis
531 - Jo. I, 1-14: In principio erat verbum

IN PASCHA ANNOTINA.

532 - Apoc. 4, 11-5, 13: Dignus est accipere gloriam

IN OCTABAS SCI MICHAHELIS.

533 - Heb. 1, 14-2, 7: Nonne omnes sunt adminisratores
534 - Mt. 13, 31-32: Simile est... grano sinapis

IN NATALE SCI GRECORII. (!)

535 - Eccli. 44, 16: Ecce sacerdos magnus
536 - Mt. 25, 14-30: Homo quidam peregre

IN ADNUNTIATIONE SCAE MARIAE.

537 - s. 7, 10-15: Adiecit dns loqui ad achaz
538 - Lc. 1, 26-35: Missus est angelus gabriel

IN NAT SCI GEORGI.

539 - 2 Tim. 2, 3-8: Labora sicut bonus miles xpi
540 - Lc. 21, 14-19: Ponite in cordibus vestris

IN LETANIA.

541 - Is. 37, 16: Dne exercituum deus israel
542 - Lc. 19, 1-10: Egressus ihs perambulabat

IN NATALE SCI SIXTI YPOLITI CASSIANI.

543 - Eccli. 44, 10-15: Illi viri misericordiae
544 - Mt. 5, 13-16: Vos estis sal terrae

IN DECOLLATIONE SCI IOH BABTISTAE.

545 - Heb. 11, 36: Sancti ludibria et verbera

IN EXALTATIONE SCAE CRUCIS.

546 - Phil. 2, 5-11: Hoc enim sentite in vobis
547 - Lc. 11, 45-54: Respondens quidam ex legisperitis

DE MARTYRIBUS ADRIANO PROTO ET IACINTO.

548 - Tim. 6, 7-14: Nihil intulimus in hunc mundum
549 - Mt. 10, 23-32: Cum autem persequentur vos

IN FESTIVITATE SCI MICHAHELIS.

550 - Apoc. 12, 7-12: Factum est proelium magnum
551 - Mt. 18, 1-10: Quis putas maior esse

IN FESTIVITATE SCI MARTINI.

552 - 2 Tim. 3, 16-4,8: Omnis scriptura divinitus inspirata
553 - Lc. 12, 32-40: Nolite timere pusillus grex

IN NATALE SCI FELICIS.

554 - Sap. 10, 10-14: Justum deduxit dns
555 - Lc. 10, 16-20: Qui vos audit me audit

IN NATALE SCI VALENTINI.

556 - I Cor. 9, 13-17: Nescitis quoniam qui in sacrario
557 - Mt. 10, 26-33: Nihil est enim opertum.

Il n'entre point dans mon propos d'esquisser si peu que ce soit une étude liturgique complète de ce manuscrit. Je me contenterai d'appeler l'attention des liturgistes sur trois points particuliers, susceptibles, chacun à sa manière, d'apporter d'utiles indications.

L'examen le plus superficiel du document montre avec évidence que le scribe a combiné deux sources distinctes. Il a recopié fidèlement un *comes* complet par lui-même (N° 1-531), et il lui a adjoint, sous forme d'appendice parfaitement reconnaissable, une série de quatorze célébrations d'autant plus manifestement adventices que certaines d'entre elles complè-

tent les premières [19], d'autres en constituent des doublets [20], d'autres enfin sont entièrement nouvelles [21]. Il n'est pas impossible que la comparaison de ces données avec d'autres manuscrits de même nature permette de préciser la nature exacte des sources mises en oeuvre.

D'autre part, l'étude du sanctoral montre que notre *comes* comporte 39 célébrations, non compte-tenu de l'appendice que je viens de signaler. Chose curieuse, aucune d'entre elles n'est spécifique d'un lieu déterminé ou d'un diocèse particulier: toutes se rapportent à des saints romains ou vénérés spécialement à Rome. Tout au plus peut-on noter comme insolite la présence d'une vigile pour la fête de saint Pancrace.

Je terminerai enfin par une ultime remarque, qui porte sur une question encore aujourd'hui fort obscure: la répartition des dimanches après la Pentecôte. On sait que la réforme grégorienne, dans les dernières années du VIme siècle, porta en particulier sur ce point, laissé en suspens par le Gélasien ancien. Or, notre *comes* est le témoin d'une semblable répartition, et, même si l'on considère que notre document est postérieur de deux siècles à saint Grégoire, il n'est personne, je pense, qui pour autant fera fi de son témoignage. Il offre la disposition suivante:

Dom. in oct. Pentecostes
Dom. I-V post oct. Pentecostes
Dom. I post nat. Apostolorum
Dom. I-V post oct. Apostolorum
Dom. I-V post s. Laurenti
Dom. I mensis VII
Dom. (vacat)
Dom. I-VI post s. Archangeli.

Je livre aux liturgistes la publication de cet important monument de l'ancienne liturgie romaine, formant le voeu qu'il contribue pour sa part à éclairer d'un jour tant soit peu nouveau l'obscur problème de nos origines liturgiques.

Robert AMIET

Lyon, mars 1958.

---

19 Ainsi la Pâque annotine, représentée par un unique évangile dans le *comes* original (N° 220), a été complétée par une épître adventice (N° 531). Même chose pour la fête des saints Prote et Hyacinthe (N° 339 et 547).

20 Ainsi la fête de Saint Hippolyte (N° 320), doublé par celle des saints Xyste, Hippolyte et Cassien (N° 542). De même la *depositio* de Jean Baptiste (N° 329) doublée par la *decollatio* du même (N° 544). De même aussi le doublet de l'Exaltation de la Sainte Croix (N° 344 et 545).

21 Ainsi les célébrations de l'Octave de S. Michel, de l'Annonciation, de la litanie (laquelle?) et des saints Grégoire, Georges, Michel, Martin, Félix et Valentin.

IUS ET PRAXIS

ACTA SANCTAE SEDIS

DE LINGUA LATINA EXCOLENDA IUXTA MENTEM PAPAE IOANNIS XXIII

Die 7 aprilis, in audientia concessa ad eos qui Congressui Ciceroniano Studiorum, ita Papa Ioannes XXIII de lingua latina alloquutus est[1]:

« Proh dolor, sunt sat multi, qui mira progressione artium abnormiter capti, latinitatis studia et alias id genus disciplinas repellere vel coërcere sibi sumant, ut quam maxime calculis et rationibus dediti et machinatores novae aetatis sint cives. Hoc ipsa impellente necessitate, contrarium prosequendum iter esse putamus. Cum prorsus in animo id insideat, quod magis natura et dignitate hominis dignum sit, ardentius acquirendum est id quod animum colat et ornet, ne miseri mortales similiter ac eae, quas fabricantur, machinae, algidi, duri et amoris expertes exsistant ».

Pariter, die 14 aprilis, loquens ad peregrinos Placentinos, ita dixit:

« Lo studio del latino è necessario e bello, anzi indispensabile, se vogliamo sempre più conoscerci tra di noi, farci sentire e comprenderci in nome di Cristo, in nome della Chiesa Cattolica Apostolica Romana. È il latino infatti che unisce, mentre le altre lingue, come le differenze di stirpi, di caratteri, di usi, pur degnissime di rispetto in rapporto ai problemi di vita economica, nei riferimenti al culto della civiltà cristiana e della vita pratica religiosa, sono motivi e pericoli di divisione e di contrasto ».

---

1 *L'Osservatore Romano*, 9 apr. 1959.

2 *L'Osservatore Romano*, 16 apr. 1959.

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

MONITUM DE NON INDUCENDIS MUTATIONIBUS IN MATERIAM ET FORMAM SACRAMENTORUM [1]

Supremae huic Sacrae Congregationi compertum est in translatione quadam in vulgarem sermonem Novi Ordinis Maioris Hebdomadae omissa esse verba « Mysterium Fidei » in forma consecrationis Calicis. Insuper relatum est quosdam sacerdotes eadem verba in ipsa Missa celebranda omittere.

Quare haec Suprema Congregatio monet nefas esse in rem tam sanctam immutationes inducere et editiones librorum liturgicorum mutilare vel interpolare (cfr. can. 1399, 10°).

Curent igitur Episcopi, ad mentem Commonitionis S. Officii diei 14 februarii 1958 [2], ut praescripta sacrorum canonum de cultu divino stricte serventur atque sedulo advigilent ne quis audeat immutationem vel minimam in materiam et formam Sacramentorum inducere.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 24 iulii mensis anno 1958.

Arcturus De Jorio, *Notarius*

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(Officium de Indulgentiis)

DUBIA DE RECITATIONE RADIOPHONICA ROSARII B. M. V. [3]

Sacrae Paenitentiariae Apostolicae dubia, quae sequuntur, pro opportuna solutione exhibita fuerunt:

1. Utrum fideles lucrari possint Indulgentias Rosario B. Mariae Virginis adnexas, si cum socio radiophonice tantum praesente illud recitent: et quatenus affirmative:

---

1 *Acta Ap. Sedis*, 50 (1958) 536.

2 *Acta Ap. Sedis*, 50 (1958) 114; *Ephem. lit.*, 72 (1958) 136.

3 *Acta Ap. Sedis*, 50 (1958) 973.

2. Utrum fideles praefatas Indulgentias etiam lucrari valeant, si Rosarium B. Mariae Virginis alternis recitent dum pars precum radiophonice transmittitur quae hic et nunc ab aliqua persona non recitatur, sed disco vel filo sonoro aut alio instrumento antea impressa fuit.

Et Sacra Paenitentiaria Apostolica, die 9 maii 1958, propositis dubiis respondendum censuit:

Ad primum: *Affirmative*; ad secundum: *Negative*.

Datum Romae, e Sacra Paenitentiaria Apostolica, die 8 mensis octobris 1958.

S. CONGREGARIO DE PROPAGANDA FIDE

INDULTA LITURGICA PRO ECCLESIASTICA PROVINCIA AGRAENSI (INDIA) [1]

1. Ut in Missis paroecialibus cantatis vel lectis, ministri competentes vel ipse celebrans, post cantationem vel lectionem epistolae et evangelii latine, eadem immediate et versus populum lingua vernacula legere possint.

Affirmative.

2. Ut in Missis paroecialibus cantatis, *Kyrie, Gloria, Credo, Sanctus* et *Agnus Dei* a congregatione cantari possint lingua vernacula, post intonationem quidem latine a celebrante factam in casu *Gloria* et *Credo*.

Affirmative.

3. Ut omnes lectiones Sacrae Scripturae in Missis Tridui Sacri in lingua vernacula fieri possint, excepto solemni cantu Passionis quando habetur.

Affirmative.

4. Si indultum, de quo sub n. 3, non videtur expedire, ut saltem lectio Prophetiarum in Vigilia Paschali a celebrante vel a ministro competente semel in lingua vernacula fieri possit.

Nihil addendum est cum iam in tertia petitione inclusa sit.

5. Vertendi et in lingua vernacula recitandi omnes exorcismos in ritu Baptismi. Similiter in lingua vernacula vertendi et recitandi minorem

[1] Die 24 febr. 1958, Prot. N. 4795/57; cfr. *The Clergy Monthly*, 22 (1958) 189-190; *Periodica*, 48 (1959) 102-104.

« Exorcismum in satanam et angelos apostatas » (Rit. Rom. Tit. XI, cap. III) et plures alias benedictiones Ritualis Romani, versione ab Episcopis probanda, sicut iam fuit factum pro parte eiusdem Ritualis.

Negative quoad exorcismos, affirmative quoad benedictiones.

6. Ut Sacra Congregatio Rituum benigne conficere dignetur formulam Rituali Romano addendam pro « Benedictione Instrumentorum Opificum » die prima maii in festo S. Ioseph Opificis adhibendam; et ut ipsa, in lingua vernacula versa, uti liceat.

Donec aliter provideatur, adhibeatur benedictio « ad omnia ».

7. Permittendi thurificationem in Missis lectis publicis diebus dominicis et festis cum aliqua solemnitate celebrandis, quando Missa cantari non potest, dummodo duo saltem ministrantes superpelliceo induti Missae inserviant.

Affirmative.

8. Ut episcopi Missam simpliciter cantatam aliquoties celebrare possint, sine sacerdotibus assistentibus.

Affirmative.

9. Dispensandi ad abstinentia feria sexta fideles pauperes qui raro tantum carnem edere possint.

Affirmative.

10. Binandi Missam in festis sequentibus: Purificationis B.V.M., Annuntiationis, S. Ioseph Opificis, S. Cordis Iesu, Nativitatis B.V.M., Immaculatae Conceptionis et S. Francisci Xaverii.

Affirmative.

11. Dispensandi a forma substantiali Matrimonii in casu verae necessitatis et hanc facultatem Missionariis delegandi. — Petita facultas olim concessa est Ordinariis Sinensium a S. Congregatione Concilii, die 27 iulii 1908 (Cfr. Archiv. S. C. de Prop. Fide, N. 82980: 1908, collata cum respons. S.C. de Sacramentis, die 12 martii 1910, in *Acta Ap. Sedis* [1910], 199 ss.).
Ad S. Officium transmissa est.

RECENSIONES

Liturgica, 2 (= Scripta et documenta, 10). Abbatia Montisserrati (Barcinone), 1958. In-8°, 482 pp.

Cura Patrum Ordinis S. Benedicti Abbatiae Montisserrati in collectione « Scripta et documenta » sub nomine « Liturgica », n. 2, eduntur plures articuli scientifici de re liturgica. De priore tomo iam recensio facta est in his *Ephem. lit.* (71 [1957] 337-339), nunc vero de altero aliquid dicemus.

1. - Jordi M. Pinell, *La benediccio del ciri pasqual i els seus textos* (pp. 1-119). Ut complementum sui articuli *Vestigis del lucernari a Occident* [1] auctor praebet novas inquisitiones ita ut quod iam in praecedenti insinuaverat, hic ut scopum principalem assumat, i. e., symbolicitatem lucernarii in formula benedictionis cerei persistere atque evolvi per multiplicitatem et diffusionem suarum formularum et per progressivam compositionem totius ordinis « ad sanctificandum lumen ». Suo studio initium dat per brevem recensionem conclusionum quae hucusque de laudibus cerei exstant et determinantur peculiaritates huius liturgici ritus. Sequitur analysis novem laudum cerei nobis cognitarum eisque assignare chronologicum ordinem tentatur. Concluditur romanam orationem « Deus mundi conditor », « Exultet » et laudem liturgiae mediolanensis esse anteriores tempori Ennodii Ticinensis Episcopi. Antiquior laus videtur esse « Exultet »: circa finem s. IV et eius auctor S. Ambrosius. In fine declaratur quomodo aliae laudes conscriptae fuerint.

2. - Estanislau M. Llopart, *Les fórmules de la confirmació en el Pontifical Romà* (pp. 121-179, 9 taules). Ante S. Gregorium documenta romana titulum non habebant pro confirmatione quia hoc sacramentum erat ut pars integrans baptismi. Titulus apparet cum pontificalibus B s. IX: « Oratio ad confirmandum » vel « Confirmatio septiformis Spiritus Sancti ab episcopo » vel « Ad Confirmationem ». Nomen « Confirmatio » ad designandum secundum sacramentum initiationis christianae initium sumpsit in Gallia s. V, sed divulgatio vocis « confirmatio » substituentis antiquam romanam « consignatio » coincidit praecise cum facto separationis ordinis confirmationis a ritu baptismi in pontificalibus B. Romanae traditionis monumentorum elenchus affertur, simul cum variationibus textus confirmationis, modo synoptico et chronologico ordine dispositi. Ut appendix, datur hodiernus textus Pontificalis Romani, notata origine elementorum eiusdem formularii.

3. - Anscharius Mundó, *Adnotationes in antiquissimum ordinem romanum Feriae V in Cena Domini noviter editum* (pp. 181-216). Rationibus historicis

---

[1] J. Pinell, *Vestigis del lucernari a Occident*, in *Liturgia*, 1 (= Scripta et Documenta, 7). Montserrat (Barcelona), 1956, pp. 91-149.

ductus indubitanter Dom Mundó affirmat Ordinem Romanum LI non esse temporis S. Gregorii Magni; Pontificale sic dictum Egberti non esse ab Egberto Eboracensi compositum, sed conscriptum in Anglia exeunte s. X, textibus non multo antea congestis etiam e libris liturgicis gallicanis et romano-germanicis. Et sic contra affirmationes P. Schmidt et Dom Klesser constituitur [2]. Nota tamen forsan extra strictum scopum P. Schmidt esse propriam opinionem praebere de omnibus fontibus, et sic in multis tantum, quae alii dixerunt, affirmare; sine dubio rationes Dom Mundó admittit, etsi omnes conclusiones videantur non plene amplectendae. Sequitur docti benedictini studium historicum-criticum de ordine LI: possibilitas provenientiae ex Gallia — defenditur authentia philologice et per institutiones liturgicas atque monasticas Urbis comparatas, difficultates arcentur apparentes, denique ponitur eius origo in fine s. VII aut initio s. VIII. Suo optimo studio finem ponens auctor nobis praebet historiam de numero psalmorum in Vesperis Feriae V *in Cena Domini*, ut ordo LI testatur.

4. - Vicente M. Janeras, *El rito de la fracción en la liturgia hispánica* (pp. 217-247), quod A. in tres partes dividit. In prima parte complexus rituum praeparationis praebetur, examini subiiciendo notam characteristicam propriam liturgiae hispanicae recitandi *Credo* ut praeparationem ad communionem. Ipse ritus fractionis iuxta liturgiam in secunda parte ita describitur: expleta oratione « post pridie », dum populus canebat antiphonam « ad confractionem » dictam, sacerdos hostiam in septem partes frangebat, quae in modum crucis super patenam collocabat. Ultimo, colliguntur antiphonae « ad confractionem » quae inveniri potuerunt.

5. - Adalberto M. Franquesa, *El Ritual Tarraconense* (pp. 249-298). Extollitur ad modum praefationis momentum Ecclesiae Tarraconensis, cuius influxus sive in Hispania sive in partibus meridionalibus Galliae maximum erat, cum ei quatuordecim dioeceses tempore wisigothorum subicerentur. Hypothetica intuitio G. Morin, adscribens Narbonensi vel Tarraconensi locum originis veteris liturgiae hispanicae ex rituali s. XVI videtur corrobari, in quo accurate et differentiae cum Libro Ordinum Mozarabico et additiones romanae a s. XI factae notantur, quae mixtio ex comparatione librorum a s. XI ad XVI affirmari liquet. Ritus Baptismi, Eucharistiae, Matrimonii, Extremae Unctionis et ordo sepulturae istius ritualis diligenter describuntur. Ritualia istius Provinciae Ecclesiasticae praebent formulas omnino ignotas in Sacramentario Vicensi, in Manuali Toletano, etiamque praecise in Libro Ordinum. Et ea, quae aliquo modo cum Libro Ordinum conformantur, exstant cum variationibus talis momenti ut a fontibus anterioribus et independentibus provenientia credi possint. Tra-

---

[2] H. Schmidt, S.I., *Hebdomada Sancta*, vol. I. *Contemporanei textus liturgici, documenta Piana et bibliographia*, cum praefatione Rev.mi P. I. Loew, C.SS.R. Romae-Friburgi-Barcinone, Herder 1956, p. I-XX et 1-300; vol. alterum, sectio I: *Fontes historici*, ib. 1957, p. 301-670; vol. alterum, sectio II, *Commentarius historicus*, cum dissertationibus Olav Klesser, O. Praem., et Helmut Hucke, adiectoque supplemento bibliographiae a P. Bruylants, O.S.B., collectae, ib. 1957, p. 671-1060.

ditionales ritus hispanici melius servati sunt in celebratione matrimonii, elementis romanis et gallicanis permixti. Insistentia tamen — dicit auctor — de origine wisigothica multorum rituum matrimonii non est urgenda, enim vero etsi elementa communia cum Libro Ordinum, postea cum libris wisigothicis, notanda quidem sunt, apparent tamen cum peculiari evolutione.

6. - Alexandre Olivar - Efrem Compte, *Guillem de Miers, Abbat de Sant Pau de Roma i la seva obra litúrgico-monàstica* (pp. 299-345). Cum apparatu critico auctores dant nobis editionem magni kalendarii Guilhelmi, abbatis S. Pauli extra muros Romae, ex mss. Paris., Barcin. Archiv. Cor. Arag., Abbatiae S. Cucuphatis et Montisserrati.

7. - Jean Leclerq, *La vie et la prière des Chevaliers de Santiago d'après leur règle primitive* (pp. 347-357). Notis historicis illustrata, ex mss. Vaticano pars editur in hoc brevi studio, quae de Militum S. Iacobi vita, necnon precibus regulariter fundendis agit.

8. - Cesáreo Figueras, *Acerca del rito de la profesión monástica medieval « ad succurrendum »* (pp. 359-400). Opus historico-canonicum de professione monastica, cuius sive ritus, sive minister, sive formalis petitio candidati necnon et eius tonsura, emissio professionis, benedictio seu consecratio monachi, habitus impositio et aperitio oris post triduum exponuntur.

9. - Gregorius Van Oost, *De Hora celebrationis sacrificii Missae* (pp. 401-464). Brevi disquisitione de Missis Vespertinis, primo exponitur norma de Missis matutinis ex C.I.C., deinde de hora celebrationis Missae privatae et eius regula generalis. Sequitur enumeratio exceptionum, et tandem ponuntur privilegia religiosorum necnon Ordinis Sancti Benedicti. Denique fit expositio de hora celebrationis Missae conventualis et de hora celebrationis ratione officii et beneficii.

10. - Gerardus Oesterle, *De potestate Abbatum dispensandi ab irregularitatibus* (pp. 465-481). Agitur de impedimentis pro receptione sacramenti ordinis et eorum dispensatione ab abbatibus vi specialis potestatis. Exponitur ius commune et specialiter exhibentur privilegia abbatibus ordinum militantium sub regula S. Benedicti a RR. Pontificibus concessa.

F. Bosch

W. Dürig, *Pietas Liturgica*. Studien zum Frömmigkeitsbegriff und zur Gottesvorstellung der abendländischen Liturgie. Regensburg, Pustet, 1958. In-8°, 244 pp.

Historia liturgica, ac praesertim exegesis liturgicarum formularum, quam maxime adiuvatur ex eo quod significatio verborum, prout secundum tempora et loca, multiplici evolutioni subiici consuevit, scientifice investigetur. Tantum qui hac secura methodo manuducitur, facile et pervulgatum periculum cavere potest ne textibus antiquae originis vim tribuat, quam sermo nonnisi epocha recentiore longo usu acquisivit.

Nostro tempore iam plures huiusmodi inquisitiones prospero successu pro-

dieruntt de singulis vocibus, quas inter memorari possunt *epiphania, salvator, doxa, officium, hagios* etc.

Nunc cl. A., huic generi litterario de cetero iam assuetus, ut variae eius dissertationes ostendunt, hoc opere verbi *pietas* semasiologiam, ut periti dicunt, methodice tractandam aggreditur. Et primo significationem vocis in litteratura latina praechristiana perscrutatur, postea in Bibliis latinis ac tandem in textibus liturgicis occidentalibus.

Opus triplici sectione partitur quatenus de triplici acceptione, quae apud fontes deprehenditur circa verbum *pietas*, disseritur, id est erga Deum et erga hominem, denique ut Dei attributum.

1. Revera *pius* et *pietas* apud latinos antiquos *purus* et *puritas* audiebant utpote qualitates, quae necessariae ducebantur ad actionem cultualem erga deos. Quamobrem cultus erga divinitatem *pietas* a Romanis vocabatur. Haec tamen, contra id quod plures falso asseruerunt, minime ab eis concipiebatur ut forma stricte iuridica in genere contractus *do ut des* inter hominem et divinitatem, ita ut romana religio non esset nisi formalistica et exterior. *Pietas* erga deos etenim semper ab eis intellecta est ut actio cultualis, quae praeter exteriores caeremonias, etiam interiorem dispositionem reverentialem complecteretur.

Eadem significatio etiam in textu biblico latino, apud Patres necnon et in Liturgia aliquomodo immutata perseverasse probatur.

Propterea terminus *pietas* formularum liturgicarum numquam simplicem exteriorem ritus exsecutionem significat eiusque visibilem aspectum. Itidem adprobari nequit versio qua plures solam interiorem dispositionem huic verbo semper tribuendam contendunt.

Pietas enim in Liturgia antiqua fere semper duplicem conceptum, harmonice coniunctum, indicavit scilicet subiectivam et obiectivam actionem cultualem et quidem non modo singulorum christianorum uti talium, sed prout ipsi in communitate, velut membra, coalescebant.

Postea a saec. XIII *pietas* magis ac magis ad interiorem et individualisticum habitum significandum, vi novarum conceptionum devotionalium, coarctata invenitur.

Hodiernus impulsus liturgicus duos aspectus denuo harmonice componere conatur. Ex hoc eruitur semasiologiam tam modificationes in rerum aestimatione quam Liturgiae historiam valde illustrare posse.

2. Romanae gentes antiquae, praeter cultum erga deos, nomine *pietatis* etiam habitum interiorem nuncupare solebant, quo quis suae obligationis erga parentes, filios, superiores, patriam, imperatorem, amicos, benefactores etc. conscium sese sentiebat et quem per actus externos ipsis manifestabat.

Hanc notionem videre est etiam in Bibliis latinis, apud Patres et in Liturgia occidentali.

Itaque in Liturgia *pietas* significare potest amorem mutuum inter fideles et erga proximum sollicitudinemque pro indigentibus. Propterea sumenda est aliquando ut synonimum caritatis, dilectionis et amoris.

3. Veniamus ad *pietatem* ut Dei attributum. Praemitti debet, apud Romanos, ad Dei et moderatoris reipublicae conceptionem efformandam, influxum substantialem exercuisse inter eos valde assuetam iuridicam notionem *patris familias*. Hic habebatur plane ut culmen potestatis in societatem domesticam et quidem plenae et absolutae. Ideo quod pater familias pro nucleo familiari idem erat gubernator pro populo, idem Deus pro humanitate. In eadem linea praeterea eruebatur idea *pietatis* ut perfectio Dei. Nam sicut patri familias inter ceteras obligationes erga familiares etiam *pietas* excolenda erat, sic et regi et Deo eadem ut propria tribuebatur. Inde etiam similis reciprocitas *pietatis* sicut inter patrem et suos, sic inter reges et cives ac tandem inter Deum et homines admittenda aestimabatur.

Tempore imperii conceptus *pietatis* extendebatur etiam ad patriam et imperatorem. Eundem modum *pietatem* intelligendi christiani Deo et Christo applicare consueverunt saltem cum periculum contaminationis paganae in rebus fidei iam amplius timendum non erat.

Liturgia *pietatem* hac ultima acceptione quam frequentissime adhibet, ampliore tamen significatione quam in usu biblico, in quem modus concipiendi pietatem, romanis familiaris, ingressum non habuit.

In theologia liturgica verbum *pietas*, Deo relatum, eius transcendentiam significat, mysterium tremendum, supernaturalem sacramque Maiestatem, ante quam omnis creatura propriam parvitatem, indignitatem et nullitatem profiteri debet simul cum obedientia inconditionata et agnitione ab Eo omnia derivasse.

Idem verbum tamen pariter significat benignitatem, liberalitatem ceteraque attributa, quibus Deus praebetur ut veniam hominibus concedens; eis felicitatem et omnia bona, quae ne petere quidem auderent, praestans; ut amator, inter dilectos habitare desiderans; ut providens, ut protector etc.

Liturgia neutrum ex duobus conceptibus supra recensitis negligit; attamen, data occasione, nunc primum nunc alterum premit.

A. etiam opiniones scriptorum aliorum saepe affert et proprias affirmationes textibus litterariis, biblicis, patristicis necnon et liturgicis confirmare curat.

Qui igitur rectam exegesim multarum formularum, inter quas verbum *pieetas* recurrit, perficere velit, ex hoc libro non parvum profectum habebit.

V. Raffa, F.D.P.

M. Herz, *Sacrum Commercium*. Eine begriffsgeschichtliche Studie zur Theologie der Römischen Liturgiesprache (= Münchener Theologische Studien im Auftrag der theologischen Fakultät München hrsg. v. I. Pascher, K. Mörsdorf, H. Tüchle. II systematische Abteilung, 15. Band). München, Zink, 1958. In-8°, XX-328 pp.

Cl. A. investigat significationem verbi *commercium* prout in lingua latina classica invenitur, quod pariter facit relate ad textus liturgicos, in quibus interpretandis ad usum, quem huiusmodi vocis Patres fecerunt, efficaciter recurrit. De quaestione etiam agit an notionem, quam praecedenti investigatione ipse consecutus est, eandem theologia patristica graecorum afferat et qua mensura

in S. Scriptura fundetur. In generali perscrutatione nec formulae liturgicae gallicanae et mozarabicae negliguntur.

Opus pertinet plane ad genus philologicarum investigationum Liturgiae. Sed A. etiam plenam significationem theologicam expressionis methodice hauriendam sibi proponit. Ex hac magni momenti analysi optime clarescit praestantia et vastitas revelatarum realitatum, quas nostrum verbum continet. Inde enim veluti quamdam divinae Incarnationis, corporis mystici necnon et actionis sacramentalis theologiam resultare videmus.

En aliquae ideae.

Commercium idem valet ac aliquid dare et aliquid accipere. In oeconomia salvifica huiusmodi *commercium* sistit in eo quod Deus hominibus divinitatem dedit et humanitatem accepit. Duo tamen sunt momenta huius mirae operationis. Primum constituitur facto Incarnationis, Passionis et Resurrectionis.

Orientales hoc momentum eiusdem *commercii* magis in Incarnatione ponebant, Occidentales vero in Passione et Resurrectione quatenus retinebant celebre effatum: Christus illud a nobis assumpsit quod ab Ipso pro nobis sacrificandum erat.

Secundum momentum habetur, et quidem continenter, in facto mystico sacramentali, quia per Liturgiam homo iungit suam humanitatem cum Christo et accipit ab Eo divinitatem. Hoc possibile fit per insertionem in eius mystico corpore et efficitur principaliter per Baptismum et Eucharistiam. Mutua donatio plene et perfecte fiet tamen in stadio eschatologico, cum homo Deo ex integro tradetur et illum plene possidebit.

Huiusmodi conceptio theologica, quae in verbo *commercium* latet, quatenus in Liturgia adhibetur, incipit a doctrina S. Pauli et evolvitur maxime in controversiis christologicis quae ad conc. Chalcedonense usque agitatae sunt; influxum non parvum praeterea exercuit in theologiam occidentalem praesertim per Patres alexandrinos.

Graeci concipiebant redemptionem ut aliquam divinisationem hominis eiusque primaevae imaginis restitutionem et reparationem. Vetus Adam, qui recapitulabat, ut dicunt, humanitatem, ipsam, proh dolor! in ruinam tulit. Novus Adam, qui denuo genus humanum recapitulabat, hoc feliciter reparavit.

Redemptio concipitur ut recirculatio, quatenus et laesio et sanatio semper intra fines eiusdem humanae naturae factae sunt.

Liturgia romana saepissime memorat commutationem (commercium) humano-divinam per unionem physico-mysticam membrorum cum Capite actam sive per mysterium Incarnationis, Passionis et Resurrectionis, sive per sacramentalem operationem.

Agitur itaque de duobus modis divinum Redemptionis opus perficiendi, qui tamen proponuntur ut aliquid unum indivisibile. Diximus: in Incarnationis, Passionis et Resurrectionis mysterio, quia revera festa Natalis Domini et Paschatis, sub hoc respectu, maxima habentur inter liturgicas celebrationes. Prius Deum assumpsisse humanam naturam et tradidisse divinam memorat; alterum Deum, per consummationem operis Redemptionis, mortem humanam sibi ex hominibus reservasse ut totam divinam vitam eis traderet.

Agitur semper de eodem *commercio.*

Effectus huius *commercii* est reparatio, restauratio, medicatio, renovatio, reformatio hominis. Liturgia in hoc *commercium* includit etiam dona materialia, ordinationem rerum ad Deum, intendens, per illud, etiam earum sanctificationem. Nam Christus hinc assumpsit humanitatem, illinc in seipso omnia instauravit, nobilitatem aliquam divinam rebus ipsis conferens.

Quamquam hae affirmationes diversimode in libro de quo agimus repetuntur, multa alia unusquisque invenire valebit, quae fundamentalia elucident, evolvant et integrent.

Tractatio revera fascinatione plena est, quot et quantum etiam pro theologia dogmatica erui possit e Liturgia clare demonstrans.

V. Raffa, F.D.P.

J. Janini, *San Siricio y las Cuatro Temporas: Una investigación sobre las fuentes de la espiritualidad seglar y del Sacramentario Leoniano.* Valencia, Seminario metropolitano, 1958. In-8°, 132 pp.

Je ne saurais trop recommander la lecture *complète* de ce petit livre, tellement c'est limpide et frais. L'auteur est professeur de Théologie Morale au Séminaire Métropolitain de Valence (Espagne), et, ce qui ne gâte rien, versé dans l'étude des sciences médicales.

Ce serait complétement se méprendre que d'écarter cette courte brochure sous le prétexte de la jeunesse — relative — de l'auteur. L'enthousiasme et la fraîcheur d'âme qui animent ces pages, même s'il faut excuser quelques légères outrances, ne doivent pas faire perdre de vue la solidité des *preuves*, accumulées surtout dans la deuxième partie, et qui, selon nous, sont convaincantes.

En résumé, un excellent travail d'approche, méthodique et vigoureux, consacré à l'histoire, jusqu'ici très obscure, des Quatre Temps romains, en particulier sur la part qu'y apporta le pape S. Sirice (384-398) dans le formulaire de la messe des IV Temps de la Pentecôte, sur l'attitude hostile et outrancière de S. Jérôme, sur d'intéressantes suggestions relatives au problème des Sources du Sacramentaire Léonien, qui nous est donné par M. Janini, faisant bien augurer des oeuvres qu'il ne manquera pas de nous donner par la suite, nous l'espérons vivement.

Louis Brou, O.S.B.

Pierre Salmon, O.S.B., *Les « Tituli Psalmorum » des manuscrits latins.* Paris, Ed. du Cerf, 1959. In-8°, 192 pp.

Ce livre est le numéro 3 de la collection d'*Etudes liturgiques* publiés sous la direction du Centre de Pastorale liturgique Français et de l'abbaye du Mont César à Louvain [1].

---

[1] Le n. 1: dom Bruylants, *Les oraisons du Missel Romain* (1952); le n. 2: Dom Botte et Christine Mohrmann, *L'Ordinaire de la Messe* (1953).

« *Son but est de faire connaître à tous ceux qui s'intéressent à la liturgie un moyen traditionnel de faire des psaumes une prière chrétienne... ce volume est avant tout destiné à montrer comment l'Eglise, dans les premiers siècles et au Moyen Age, a utilisé de brèves indications placées au début des psaumes pour faire de ces chants inspirés une prière de chrétiens* » (Avant propos, p. 7).

Le but est ainsi précisé dans l'Avant propos. Suit une longue introduction générale (p. 9-39), montrant l'utilisation des psaumes dans les premiers siècles chrétiens que nous font connaître surtout saint Justin, saint Irénée, Tertullien, puis les commentaires patristiques des psaumes, particulièrement ceux d'Origène († 253) d'Eusèbe de Césarée († 340), de saint Athanase († 373) de saint Hilaire († vers 367), de saint Basile († 379), de Didyme l'aveugle († 395), de Grégoire de Nysse († ca 394), de saint Ambroise († 397), de saint Jean Chrysostome († 407), de Théodore de Mopsueste († 428), de saint Jérôme († 420), de saint Augustin († 430), d'Hésychius († 433), de Théodoret de Cyr († 457), d'Arnobe le Jeune (milieu du V^e) et de Cassiodore (468-562). L'auteur s'attache ensuite à l'étude de 6 séries de *titres chrétiens* dont la composition s'étend environ sur trois siècles, de la fin du troisième ou du début du quatrième à la fin du sixième siècle. Il décrit leur histoire et leur évolution. Si chaque série étudiée reçoit une dénomination, ce n'est pas pour désigner l'auteur primitif des « *tituli* » trouvés dans 53 anciens manuscrits du VI^e au XIII^e siècle. Ainsi pour justifier la dénomination de la série I appelée « *série de saint Colomba* », dom Salmon précise que le choix de ce nom « *n'a pas d'autre signification que d'orienter l'esprit vers le centre le plus ancien qui en connaisse le texte en évoquant une grande figure historique à laquelle la tradition rattache le premier de nos manuscrits* » (p. 54). Il en va de même des autres séries appelées la 2^e de saint Augustin de Cantorbéry, la 3^e de saint Jérôme, la 4^e d'Eusèbe de Césarée, la 5^e d'Origène, la 6^e de Cassiodore résumée par Bède.

Il ne faut pas croire que ce travail de dom Salmon vise seulement « un cercle restreint d'érudits, historiens de la liturgie ou de l'exégèse, patrologues, amateurs de textes rares » (p. 38). Cette étude de haute valeur scientifique va permettre à tous ceux qui s'efforcent de faire des psaumes une prière vraiment chrétienne, de donner à leurs essais une solide base traditionnelle et nous pouvons apercevoir dans quel sens iront ces travaux, en fonction des conclusions qui découlent logiquement de l'étude historique des « *tituli* ». « Il y a dans l'antiquité trois manières possibles d'aborder les psaumes et d'en tirer profit: *a*) rechercher leur sens litéral et historique en traitant les psaumes comme des prophéties qui se rapportent à l'histoire du peuple Juif, ainsi fait Théodore de Mopsueste; *b*) donner des explications allégoriques et des applications morales à partir de leur texte, méthode de saint Jean Chrysostome et d'un petit nombre d'auteurs anciens; enfin *c*) proposer une explication franchement et pleinement chrétienne, qui fasse rentrer la prière des psaumes dans le grand mystère chrétien ainsi que firent Tertullien, Origène, Eusèbe, Athanase, Hilaire, Ambroise, Jérôme, Augustin, Théodoret, Cassiodore. Ces derniers exemples les plus nombreux, les plus autorisés, devraient nous indiquer la voie. Il ne s'agit

pas de reproduire servilement dans nos psautiers d'aujourd'hui les séries anciennes ou d'imiter matériellement les grands commentateurs. Toutefois, ne pourrait-on pas, en s'inspirant de leurs idées, utiliser les textes qu'ils nous ont laissés, afin de présenter dans le bréviaire lui-même, aux clercs et aux religieux qui récitent l'office divin, des titres de psaumes qui, en quelques mots, orientent leur prière? » (p. 39). Le sens du concret, le côté pratique s'appuie sur l'érudition la plus authentique, sur le contact le plus direct avec ces vénérables témoins manuscrits de la piété liturgique de nos Pères dans la foi.

Maurice Vansteenkiste, C.M.

Synkletika Grün, O.S.B., *Psalmengebete im Lichte des Neuen Testamentes.* Regensburg, Pustet, 1958. In-16°, 482 pp.

Il tema svolto dalla dotta monaca dal nome esotico non è nuovo. Lo mostrano anche le molte note con rimandi ad opere precedenti che trattano più o meno *ex professo* questa stessa materia. Il merito di Sr. Synkletika sta nel fatto che ha saputo con assiduità benedettina raccogliere in una presentazione organica un materiale molto sparso.

Una prima parte serve per introduzione e tratta dell'unità organica dei due Testamenti coordinati per arcana Provvidenza a condurre al mistero di Cristo; presenta poi il Vecchio Testamento nella luce del Nuovo, e il Nuovo nella testimonianza del Vecchio. Da questa intima compenetrazione dei due Testamenti, imperniati nella persona del Messia Redentore, Cristo, la scrittrice, seguendo le orme dei Padri, della liturgia antica, del monachesimo, deduce lo spirito con cui il cristiano deve recitare i Salmi: come in tutto il Vecchio Testamento, così egli deve cercare e trovare nei Salmi il mistero di Cristo.

Questa dottrina, tanto familiare e cara ai Padri, è svolta poi nella parte principale dell'opera, attraverso una minuta esposizione di 18 Salmi in quel senso cristologico e cristocentrico.

Il libro quindi di Sr. Synkletika, ad un lettore attento e paziente — si sente dappertutto la fine e delicata elaborazione della donna quasi di merletti molto fini — può portare grande utilità per una devota e più consapevole recitazione dei Salmi nel senso della Chiesa di Cristo, la quale non può pregare e far pregare il suo sacerdote se non in piena unione e armonia con Cristo stesso.

Giuseppe Löw, C.SS.R.

Cor Jesu. Commentationes in Litteras Encyclicas Pii PP. XII « Haurietis aquas », quas peritis collaborantibus ediderunt Augustinus Bea, S.J. - Hugo Rahner, S.J. - Henri Rondet, S.J. - Friedr. Schwendimann, S.J. — Roma, Herder, 1959. 2 voll. in-8°, XVI-780, VI-661 pp. - Lit. 12.000, rel. Lit. 14.000.

Promulgatis a Pio XII v.m., die 15 m. maii 1956, Litteris Encyclicis *Haurietis aquas*, super cultu erga sacratissimum Cor D. N. Jesu Christi, consilium

delectum fuit, de quo supra in titulo, huius magni momenti operis praeparationi ac editioni exsequendae.

Materia in duo ampla volumina ita dividitur, ut primum scripta contineat circa quaestiones theologicas, liturgicas, biblicas, patristicas, scholasticas; alterum vero quaestiones tractet historicas, asceticas ac pastorales.

Triginta quattuor articuli, qui etiam capitula vocari possunt, electorum scriptorum, proprie loquendo, commentarium non conficiunt ad Litt. Enc. *Haurietis aquas*, sed potius dicendi sunt, sicut legitur in operis subinscriptione, « commentationes » seu studia scientifica et critica super singulis quaestionibus in Summi Pontificis documento, plus minusve breviter, attactis.

